6. Les ornements vieux, lacérés et hors de service, seront tenus respectueusement à l'écart dans une armoire. Il ne convient pas de les vendre, car, dans le commerce, ils risqueraient d'être affectés à des usages profanes, ce qui serait souverainement indécent ; s'ils étaient gênants et encombrants, il vaudrait mieux alors les traiter conformément aux prescriptions du Corps du Droit.

7. Le rite seul doit être considéré dans le choix des ornements, en sorte que les plus beaux sont exclusivement réservés aux solennités ; à l'ordinaire, on ne tient pas compte de la dignité de la personne.

Lorsque le doyen officie solennellement, en la présence de l'évêque, il n'a aucun droit à être distingué des chanoines, tant pour le nombre des assistants que pour la beauté des ornements.

1. An decano functiones solemnes facienti, vel alias solemniter in diebus pontificalibus celebranti, debeantur, privative quoad alios canonicos et etiam dignitates, casula, alia sacra indumenta, et caetera necessaria ad missae sacrificium cum magnis pulvinaribus, tapete, cereis distinctis tam in altari quam in candelabris a ceroferariis deferendis, abacum in presbyterio, cum assistentia presbyterorum anti-

quiorum in munere diaconi et subdiaconi, pretiosiora et distincta ab aliis quibus utuntur dicti canonici et dignitates solemniter celebrantes in casu, etc. ?

2. An eidem decano cantanti vesperas solemnes debeatur assistentia sex presbyterorum antiquiorum, et pluviale distinctum et pretiosius eo quo utuntur praedicti canonici et dignitates, privative quoad dictos canonicos et dignitates solemniter pariter dictas vesperas cantantes, in casu, etc. ? Et quatenus affirmative quoad omnia.

3. An haec omnia debeantur decano, praesente et assistente, non tamen celebrante episcopo, in casu, etc. ?

S. R. C. resp. : Ad 1 et 2. Negative. Ad 3. Satis provisum et amplius. Die 22 Martii 1716.

8. Les ornements, autant que possible, doivent concorder ensemble, c'est-à-dire qu'une chasuble précieuse requiert une dalmatique et une tunique analogue, parce qu'il s'agit de relever le culte et non exclusivement de parer les ministres.

An deceat canonicum celebrantem esse in paramento pretioso, diaconum et subdiaconum paratos esse inferiori dalmatica et tunicella ? S. R. C. respondit : Congruere quod dalmaticae et tunicellae, si fieri potest, conformes sint planetae celebrantis, quia sacra haec indumenta non ministrorum ornatui, sed ecclesiasticae functionis decori inserviunt.

CHAPITRE V

L'USAGE DES ORNEMENTS

1. Fournisseurs. — 2. Propriété de l'église. — 3. Pontificaux de l'évêque. — 4. Prêt. — 5. Défense d'Urbain VIII. — 6. Prêtres habitués. — 7. Réguliers.

1. A défaut de fabrique, les ornements sont fournis à la cathédrale par l'évêque et à l'église paroissiale par le curé, qui prélèvent l'argent nécessaire sur leur revenu, une fois la part faite à leur honnête entretien, en sorte que ce qui vient de l'église retourne à l'église et ne va pas enrichir leurs héritiers. Dans l'im-

puissance de pouvoir y satisfaire, la charge pèse directement sur la population.

In jure statutum est cuinam immineat onus animarum, illi et onus immineat sacra utensilia ecclesias suppeditandi ad hoc ut debito modo cultus Deo reddatur. Sane nemo ignorat respectu cathedralis Ecclesiae, defectu fabricae et sacristiae, teneri episcopum ad sacra utensilia procuranda, tamquam sponsum immediatum ipsius Ecclesiae et pastorem animarum, ex canon. *Decernimus*, X, quaest. I, cap. I, *de eccl. aedific.* (De Albertis, *De sacr. utens.*, dec. 42, n. 38, 39).

Parochos autem aliosque principales ecclesiarum parochialium rectores, earum fructus percipientes, ad provisionem sacrorum utensilium pro ecclesiis adstringi : de Albertis, cap. XII, n. 141 et seq., ubi fuse hoc probat, dummodo parocho tot supersint fructus quot, praeter congruam sustentationem, ad sacra utensilia acquirenda sufficiant, *ibidem*, n. 45. Tandem, deficientibus caeteris, onus providendi ecclesiam parochialem ad populum spectare ; *ibid.*, n. 213 (*Folium de la S. C. du Concile*, affaire du 9 mai 1874, *in Gaudisien.*)

2. Les ornements appartiennent donc en propre à l'église ; c'est pourquoi elle y appose son écusson qui marque son droit.

3. L'évêque se sert des ornements de la cathédrale aux offices pontificaux. Il peut même, ainsi que le chapitre, les emporter momentanément pour célébrer ailleurs. Il est à désirer, comme le demande saint Charles, que certains ornements lui soient spécialement réservés.

Est illud cum omni ratione convenientius ut ubi per facultates potest, in ecclesia cathedrali apparatus sit sacrarum vestium, ornamentorum et relique supellectilis usui solum proprieque addictus missis, divinis officiis caeterisque sacris ministeriis quae ab episcopo peraguntur (*Instr. fabric. eccles.*)

4. Les églises riches ne sont pas tenues de prêter, même temporairement, des ornements aux églises pauvres et l'évêque ne peut les y contraindre en aucune façon.

GIENNEN. — Parochiani ecclesiae S. Crucis Giennen. civitatis postulant episcopo imperari per S. R. C. ne ejusdem ecclesiae ministros adigat ad commodanda aliis paramenta sacra quae iidem parochiani ob ecclesiae paupertatem suo aere et eleemosynis fieri curaverunt. Et S. R. C. censuit respondendum : Possunt supplicata concedi et man-

detur episcopo, etiam sub censuris, ut a talibus de caetero abstineat. Die 10 Jan. 1597.

Excommunier à l'occasion de ce prêt serait trop rigoureux, mais l'Ordinaire peut fort bien imposer une amende ou une retraite aux contrevenants. Ainsi l'a décidé la S. C. des Evêques et Réguliers.

Après relation du card. Panfili, la S. C. n'a pas cru pouvoir adhérer à la requête du prieur et des confrères de la confrérie du S. Sacrement, qui voudraient faire défendre aux prieurs, aux sacristains et à tout autre, sous peine d'excommunication réservée au S. Siège, de prêter ou d'enlever de leur église les ornements sacrés, parements et linges. Les Emes cardinaux ont réfléchi qu'il ne faut édicter les censures que pour de très graves délits et lorsque tout autre moyen fait défaut. Toutefois, ils ont pensé que Votre Seigneurie pourrait imposer une amende modérée, afin de brider l'excessive facilité de prêter ou d'enlever de l'église ou de la sacristie les ornements sacrés et autres parements. Au surplus, on approuve les restrictions et exceptions que l'assemblée de la confrérie a mises à la défense de prêter. Rome, le 30 Avril 1779 (*Lettre a l'évêque de Todi*).

Ce que Votre Seigneurie a représenté touchant le mémoire du chanoine Jean Suscioli ayant été porté à la S. C., les Emes cardinaux ont bien voulu remettre à la prudence de Votre Seigneurie de prohiber qu'on prête les ornements sacrés, meubles et draperies de la cathédrale, sans l'expresse permission écrite de l'Ordinaire, sous peine, en cas de contravention, de devoir faire huit jours d'exercices spirituels dans une maison religieuse que l'Ordinaire désignera, et de la réparation des préjudices, excepté le cas où ces ornements serviraient à Votre Seigneurie ou à ses successeurs, ou bien si le chapitre en corps allait officier dans une autre église. Rome, le 30 Janvier 1788. (*Lettre à l'évêque de Sutri*).

5. Un décret du pape Urbain VIII défend aux religieux du couvent de Corigliano, province de Cosenza, d'enlever les ornements sacrés de la sacristie et de les prêter. Le décret a été inséré dans le bullaire des capucins. Quelques religieux de cette maison ayant prêté des ornements, Grégoire XVI accorde l'absolution des censures et la dispense de l'irrégularité, mais enjoint une pénitence salutaire.

Ex audientia SSmi, die 29 Maii 1840. SSmus annuit arbitrio ministri

generalis, etiam per subdelegandum pro absolutione a censuris et poenis ecclesiasticis et dispensatione super irregularitate, nec non rehabilitatione ad utramque vocem activam et passivam, injuncta poenitentia salutari.

6. Les églises ne sont pas tenues strictement à fournir, aux prêtres qui viennent habituellement y célébrer, les ornements et tout ce qui est nécessaire au Saint Sacrifice, mais l'évêque doit les exhorter à le faire et les recteurs de ces mêmes églises seraient répréhensibles de ne pas s'y prêter de bonne grâce.

SOANEN. — Proposito in S. R. C., ad instantiam simplicium sacerdotum adversus capitulum, archipresbyterum et canonicos ecclesiae terrae Pitiliani, Soanen. dioecesis, infrascripto dubio, videlicet : An capitulum curatum terrae Petiliani cogi possit ad subministranda paramenta, vinum, hostias, lumina et caetera ad celebrationem necessaria presbyteris commorantibus in dicto loco juxta praetensam consuetudinem ?

S. eadem R. C., auditis tam in voce quam in scriptis partibus informantibus, censuit : Dandum esse decretum in Aegitanien., die 10 Junii 1602 editum, sub qua ad supradictum dubium fuit responsum : Episcopum non posse cogere rectores, sed hortari ; et rectores recte facere, si monitionibus et hortamentis episcopi pareant. Et ita declaravit et in terra Pitiliani praedicta servari mandavit. Die 31 Maii 1698.

NEBBIEN. — An ab episcopo possit cogi ad subministrandum vinum, hostias, paramenta et caetera ad celebrandum necessaria presbyteris in loco Nuntiae commorantibus, et in praedicta ecclesia parochiali celebrare volentibus ? Sac. Rit. Congregatio respondit : Dandum esse decretum in Aegitanien. sub die 10 Junii 1602 editum, nempe episcopum non posse cogere rectores, sed hortari, et rectores recte facturos, si monitionibus et hortamentis episcopi pareant. Die 31 Martii 1703.

7. Lors de la suppression générale des couvents, le P. Musti, de Castel-Vecchio, diocèse de Valva, se trouvait parmi les Conventuels de Cittaducale. Avant de quitter le couvent, il eut en partage quelques meubles et des livres qu'on peut évaluer au total de 45 ducats, et quelques ornements sacrés consistant en un calice d'argent, une patène en ivoire, un ciboire en argent, des reliquaires de chrysocale, huit petits reliquaires d'argent avec re-

liques, deux missels, quatre chasubles, deux chapes, deux aubes avec amicts et quatre nappes. Retourné dans son pays, où était un autre couvent de l'ordre supprimé, il se consacra au service de l'église et continua de la desservir. Quoique le recourant eut quitté à regret l'habit religieux en 1809, cependant, pour suppléer à la disette de prêtres et se dévouer au bien spirituel de son pays, on lui conseilla de demander la sécularisation perpétuelle. Il l'obtint en 1821 et continua de suivre (sans permission) le bréviaire et le missel de son ordre. Il acheta des livres, quelques-uns avant la sécularisation. Il prêta de l'argent à plusieurs familles (environ 449 ducats), eut le huitième de la succession paternelle et fit plusieurs autres acquisitions. Tout cela fait, au total, 628 ducats, 26 grains de la monnaie de Naples. Comme il éprouve quelque anxiété de conscience de ce qu'il a conservé les objets sacrés de son couvent supprimé et suivi le bréviaire et le missel de l'ordre; d'autre part, n'étant pas rassuré pour la succession paternelle et pour les acquisitions qu'il a faites sans indult pontifical, il demande : 1. L'autorisation de céder à l'église qu'il dessert présentement les objets sacrés énoncés plus haut, et tous autres qu'il peut avoir oubliés dans son exposé ; 2. La permission de suivre le bréviaire franciscain, car, à raison de son âge avancé et de ses mauvais yeux, il serait incommode pour lui de prendre un autre bréviaire et un autre missel ; 3. L'absolution pour les meubles et les livres emportés du couvent, pour les acquisitions et l'emploi des capitaux ; en outre la faculté de disposer des biens acquis après la sortie du couvent, soit antérieurement à l'indult de sécularisation perpétuelle, soit après, jusqu'à ce jour.

Le rescrit pontifical accorde tout. Il met toutefois pour condition que le religieux donnera une somme à son ordre. Ce décret et le suivant ont été rendus par la S. C. des Evêques et Réguliers.

Ex audientia SSmi, die 13 Martii 1840. SSmus annuit, arbitrio ordinarii, praevia etiam per subdelegandum, quatenus opus sit, absolutione a censuris et poenis ecclesiasticis, nec non dispensatione super irregularitate, pro cessione dictorum sacrorum utensilium favore dictae ecclesiae, pro indulto recitandi horas canonicas juxta kalendarium sui ordinis, nec non pro condonatione quoad enunciata mobilia et libros ad religionem spectantes, erogata reliqua summa favore ejusdem religionis, ac insuper pro sanatione acquisitionum et eroga-

tionum de quibus in precibus et facultate acquirendi, ac de praefatis bonis (ut supra acquisitis) et de aliis imposterum legitime acquirendis, disponendi etiam per testamentum, dummodo non de rebus ad ordinem spectantibus, salvo jure tertii, praelevata aliqua summa favore suae religionis. Contrariis, etc.

Une partie des biens ecclésiastiques de l'Etat pontifical, incorporés à l'Administration des domaines pendant l'occupation napoléonienne, formèrent l'apanage du prince de Beauharnais. En 1840, la S. Congrégation reçoit la demande suivante :

Le général des Dominicains représente que l'ancienne église des Dominicains de Fano était depuis longtemps gardée par le P. Raimond Angelini, lequel était de cette ville et portait l'habit religieux. Tombé malade par suite d'un coup d'apoplexie, il fut transporté au couvent de Pesaro, et ensuite à celui de S. Severino, où il est à présent. En partant pour Pesaro, il prit tous les ornements sacrés qui appartenaient à l'Institut.

Le couvent de Fano fait partie de l'apanage. Il n'est donc pas possible de le reprendre. Mgr l'évêque demande qu'on lui cède l'église, qui reçoit du gouvernement environ 80 écus (400 fr.) pour les frais du culte et les réparations. Le chapitre provincial, récemment tenu à Faenza, considérant qu'il n'est pas bien qu'un religieux seul réside dans une ville, a été d'avis de céder l'église. Mgr. l'évêque veut en outre les ornements sacrés et soutient que l'Administration les donne à l'église. Le P. Raimond assure, au contraire, que, cachés par les religieux à l'époque de la suppression, ils ne furent jamais confisqués. En conséquence, les Pères du chapitre demandent la permission de céder l'église et de garder les ornements sacrés. Le S. Père autorise la cession de l'église et des ornements qui ne comportent pas de controverse ; pour les autres, les intéressés feront valoir leurs raisons par écrit.

Ex audientia SSmi, die 26 Junii 1840. SSmus annuit, arbitrio episcopi et P. magistri generalis, pro cessione ecclesiae et sacrorum suppellectilium super quibus nulla controversia ad quos jure pertinent inter partes habetur ; quo vero ad reliquas suppellectiles, partes exponant proprias rationes in scriptis, et providebitur.

Les réguliers, chassés de leurs couvents par la révolution, prirent les reliques, ornements, vases sacrés et les déposèrent dans les maisons privées. Ne voulant pas ordonner formellement la restitution, la Sacrée Congrégation des Evêques et Réguliers

écrit à l'évêque de Tuy de recueillir prudemment ces objets, afin qu'ils ne soient ni usurpés ni vendus, et de les placer provisoirement dans les églises et chapelles des religieuses, des paroisses, des séminaires et autres. On les rendra aux communautés auxquelles ils appartiennent lorsqu'elles se rétabliront.

Relata sunt SSño D. N. quae ab Amplitudine tua exponebantur circa sacra ustensilia, vasa, suppellectiles et reliquias ad ecclesias regularium spectantes, quae a privatis religiosis retinentur. Sanctitas Sua, ne conscientiae plus aequo illaqueantur, et ad alia evitanda pericula, haud expedire existimavit ex praecepto compellere religiosos ipsos ad praefatas res tradendas, sed tibi significandum mandavit ut, pro ea quae necessaria est prudentia, cures persuasione hujusmodi res colligere, ut eas provisorio modo, id est donec ordo ad quem spectabant isthic restitutus non sit, attribuas ecclesiis monialium, paraeciarum, seminariis, aliisque ecclesiis tibi benevisis; proviso tamen ne usurpentur vel vendantur, sed cultui divino addicta remaneant. Romae, Augusti 1858.

La S. Congrégation des Evêques et Réguliers engage les commissaires apostoliques pour les ordres religieux d'Espagne en résidence à Rome, à recueillir, avec toute la prudence nécessaire, les ornements et vases sacrés, reliques, livres des bibliothèques conventuelles et autres que des particuliers détiennent, et leur fait les mêmes recommandations que précédemment.

Relatum est SSño D. N. religiosos Hispaniarum e suis domibus a civili potestate expulsos, omnia mobilia, etiam sacro cultui dicata, inter se divisisse, ex quo evenit ut sacra ustensilia, vasa, suppellectiles, reliquiarum capsae et cetera hujusmodi non secus ac libri conventualium bibliothecarum vel dispersa fuerint, vel adhuc a privatis retineantur cum periculo dispersionis. Sanctitas Sua itaque Paternitati tuae significandum mandavit, ut pro ea quae necessaria est prudentia, cures hujusmodi res colligere, et eas provisorio modo, id est, donec tuus ordo, ad quem spectabant, isthic restitutus non sit, attribuere ecclesiis monialium, paraeciarum, vel aliis tibi benevisis; proviso tamen ne usurpentur vel vendantur, sed cultui divino addictae remaneant. Hoc igitur exequi curabis et Deus te incolumem reddat. Romae, 24 Augusti 1858.

N. B. Haec circularis commissariis apostolicis regularium Hispaniae Romae commorantibus communicata fuit.

CHAPITRE VII

LA BÉNÉDICTION

1. Le Dictionnaire de l'Académie donne ces deux définitions : « Bénédiction, *benedictio*, action de consacrer, de bénir. — Bénir, *benedicere*, consacrer au culte, au service divin, avec certaines cérémonies ».

On peut préciser davantage : la bénédiction est l'acte liturgique, composé de trois éléments : une prière, le signe de la croix et l'aspersion de l'eau bénite, par lequel les linges et ornements cessent d'être profanes et sont sanctifiés et affectés pour toujours au service divin ; d'où il suit que, vieux et usés, on les brûle plutôt que de les faire retourner à des usages profanes.

2. Les linges qui doivent être bénits sont, d'après le Pontifical Romain, les *nappes d'autel* (1), les *corporaux* et les *pales*, parce qu'autrefois celles-ci n'étaient pas distinctes des corporaux.

On ne bénit pas le purificatoire.

TUDEN. — An purificatorium benedici debeat ? Et quatenus affirmative, quaenam benedictio adhibenda ? S. R. C. resp. : Negative. Provisum in casu antecedenti.

(1) La rubrique du Missel compte parmi les défauts qui surviennent à la messe, celui de célébrer sans les trois nappes bénites et avec des corporaux malpropres et non bénis : « Possunt etiam defectus occurrere in ministerio ipso, si aliquid ex requisitis ad illud desit...... ut si celebretur.... in altari non consecrato vel tribus mappis non cooperto...... si corporalia non sint munda, quae debent esse ex lino nec serico in medio ornata et ab episcopo vel ab alio hanc habente potestatem benedicta. »

3. Le Pontifical détermine les ornements qui ont besoin d'une bénédiction spéciale, ce sont : les *bas*, les *sandales*, l'*amict*, l'*aube*, le *cordon*, l'*étole*, le *manipule*, la *tunique*, la *dalmatique* et la *chasuble*. On ne bénit pas le *pluvial*.

Accedit (sacerdos) ad paramenta... ab episcopo itidem vel alio facultatem habente benedicta (*Rit. serv. in cel. missae*).

4. En 1707, la S. C. des Rites n'exigeait pas une nouvelle bénédiction quand les ornements avaient été indûment bénis par qui n'en avait pas le pouvoir.

BRACHAREN. — An eadem paramenta sint denuo benedicenda? S. R. C. resp. : Negative. Die 27 Aug. 1707.

5. Plusieurs rubricistes admettent que les ornements sont censés bénis si l'on dit la messe, de bonne foi, avec ceux qui n'ont pas encore reçu de bénédiction. La S. Congrégation des Rites se prononce contre cette pratique.

S. HIPPOLYTI. — Reperitur apud Antonelli, de *Regimine ecclesiae episcopalis*, lib. I, c. 17, haec assertio : « Si sacerdos bona fide celebraverit cum vestimentis nondum benedictis, poterunt alii sacerdotes cum iisdem rite celebrare, quia per primam celebrationem bona fide factam consecrata seu benedicta remanserunt. » Quaeritur an hoc in praxi sequi tuto liceat? S. C. R. rescribendum censuit : Negative. Die 31 Augusti 1867.

6. Voici les formules des bénédictions, telles qu'elles se trouvent dans le Pontifical ; l'une est générale et l'autre spéciale.

DE BENEDICTIONE SACERDOTALIUM INDUMENTORUM IN GENERE.

Pontifex sacerdotalia indumenta benedicere volens, stans sine mitra, dicit :

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

℟. Qui fecit coelum et terram.

℣. Dominus vobiscum.

℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Omnipotens sempiterne Deus, qui per Moysen famulum tuum pontificalia et sacerdotalia seu levitica vestimenta ad explen-

dum in conspectu tuo ministerium eorum ad honorem et decorem nominis tui fieri decrevisti, adesto propitius invocationibus nostris et haec indumenta sacerdotalia, desuper irrigante gratia tua, ingenti benedictione per nostrae humilitatis servitium puri ✠ ficare, bene ✠ dicere et conse ✠ crare digneris, ut divinis cultibus sacris mysteriis apta et benedicta existant ; his quoque sacris vestibus pontifices et sacerdotes seu levitae tui induti ab omnibus impulsionibus seu tentationibus malignorum spirituum muniti et defensi esse mereantur tuisque mysteriis apte et condigne servire et inhaerere atque in his tibi placide et devote perseverare tribue, per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

ALIA ORATIO. — Oremus, Deus, invictae virtutis triumphator et omnium rerum creator ac sanctificator, intende preces nostras et haec indumenta leviticae, sacerdotalis et pontificiae gloriae ministris tuis fruenda tuo ore proprio bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare et conse ✠ crare digneris, omnesque eis utentes tuis mysteriis aptos et tibi in eis devote et laudabiliter servientes, gratos efficere digneris, per D. N. J. C. Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ipsa indumenta aqua benedicta.

SPECIALIS BENEDICTIO CUJUSLIBET INDUMENTI

℣. Adjutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit coelum et terram.
℣. Dominus vobiscum.
℟. Et cum spiritu tuo.

Oremus. Deus omnipotens, bonorum virtutum dator et omnium benedictionum largus infusor, supplices te rogamus ut manibus nostris opem tuae benedictionis infundas, et has caligas et sandalia, *vel* amictum, *vel* albam, *vel* cingulum, *vel* stolam, *vel* manipulum, *vel* tunicellam, *vel* dalmaticam, *vel* planetam divino cultui praeparatam, virtute Sancti Spiritus bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare et conse ✠ crare digneris et omnibus ea, vel eo, *vel* eis utentibus gratiam sanctificationis sacri mysterii tui benignus concede, ut in conspectu tuo sancti et immaculati atque irreprehensibiles appareant et auxilium misericordiae tuae acquirant, per D. N. J. C. Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem Spiritus Sancti Deus, per omnia saecula saeculorum. ℟. Amen.

Deinde aspergit ea aqua benedicta.

7. La formule du Rituel est un peu différente. La bénédiction est classée parmi les bénédictions épiscopales : *Benedictiones ab episcopis vel aliis facultatem habentibus faciendae.* Elle a pour titre : *Benedictio sacerdotalium indumentorum in genere* et comprend trois oraisons : *Omnipotens sempiterne Deus,* etc., *Deus invictae virtutis triumphator*, comme dans le Pontifical, puis celle-ci qui est propre :

Oremus, Domine, Deus omnipotens, qui vestimenta pontificibus, sacerdotibus et levitis in usum tabernaculi foederis necessaria Moysen famulum tuum agere jussisti eumque spiritu sapientiae ad id peragendum replevisti, haec vestimenta in usum et cultum mysterii tui bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare et conse ✠ crare digneris atque ministros altaris tui qui ea induerint, septiformis Spiritus gratia dignanter repleri atque castitatis stola, beata facias cum bonorum fructu operum, ministerii congruentis immortalitate vestiri. Per Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

Deinde aspergat ipsa indumenta aqua benedicta.

Le prêtre subdélégué pour bénir les ornements sacerdotaux doit employer la formule qui est dans le Rituel romain et non celle du Pontifical. Cela résulte de la décision suivante :

BLESEN. — Rmus hodiernus episcopus Blesen. indultum obtinuit a S. Rituum Congregatione pro facultate subdelegandi suos vicarios generales, ecclesiarum rectores, etc., ad benedictionem sacrae illius suppellectilis in qua sacra unctio non adhibetur. Quum vero nulla inveniatur formula pro benedictione indumenti sacerdotalis aut levitici, praeter eam quae reperitur in Pontificali, et ideo episcopis videtur reservata ; sacerdotes subdelegati recurrere debent ad benedictionem pro indumentis sacerdotalibus in genere missali additam. Isthaec autem benedictio in omnibus circumstantiis non apparet omnino consentanea, ex gr. pro benedictione cinguli. Unde praedictus Rmus orator humillime a S. Rituum Congregatione postulavit, ut sacerdotes ab ipsomet subdelegati uti valeant formula a Pontificali data pro benedictione cujuslibet indumenti, quae insuper est formula minus solemnis. Sacra vero Congregatio rescribere rata est : Sacerdotes subdelegati utantur benedictione quae legitur in Rituali Romano. Atque ita rescripsit et servari mandavit, die 16 Martii 1876.

8. L'Ordinaire seul peut, de plein droit, faire cette bénédiction ; aussi compte-t-elle parmi les bénédictions épiscopales.

Le vicaire général, fût-il protonotaire, n'a pas ce privilège de droit commun ; un indult lui serait donc personnellement nécessaire.

EBROICEN. — Vicarius generalis petierat facultatem benedicendi ornamenta et caetera ad usum divini cultus necessaria, necnon ecclesias pollutas benedicendi seu reconciliandi ; et Sacra Rit. Congregatio responderat, quod servaret Rituale romanum. Unde modo idem vicarius exposuit se jam habuisse a Sede Apostolica per triennium facultatem in absentia episcopi, quod triennium cum sit elapsum, petiit ob continuam paene ipsius episcopi absentiam, sibi dictam gratiam denuo ad tempus Sacrae Congregationi bene visum concedi. Et Sacra Congregatio respondit : Recurrendum esse ad Sanctissimum a quo primum indultum narrat se alias obtinuisse. Die 28 Februarii 1626.

CASTRI DURANTIS. — An vicarii etiam protonotarii possint benedicere paramenta ecclesiastica, corporalia et similia ? Et Sac. R. Congregatio respondit : Non posse, etiamsi sint protonotarii. Die 17 Julii 1627.

L'ordinaire n'a donc pas autorité pour déléguer à cet effet quelque prêtre que ce soit, même son vicaire général ou autre constitué en dignité. A plus forte raison, cette faculté est-elle déniée au vicaire général.

TIRASONEN. — An episcopus, utendo ordinaria facultate, possit aliis in dignitate constitutis delegare potestatem benedicendi sacra indumenta et alia in quibus, juxta Rituale Romanum, sacrum chrisma non adhibetur ? S. R. C. resp. : Non posse. Die 16 Maii 1744.

Pendant un temps, les ordinaires purent subdéléguer dans le lieu de leur juridiction ; mais, depuis 1644, ce pouvoir a été maintenu au seul vice-gérant de Rome, pour se conformer à la coutume de l'Eglise et à la pratique de la cour.

URBIS. — Quaesitum fuit : An Rmo D. Vicesgerenti in Urbe et aliis ordinariis in propriis jurisdictionibus liceat committere sacerdotibus benedictionem sacrae suppellectilis in qua sacra unctio non requiritur ? Et S. R. Congregatio, licet alias sequuta fuerit opinionem quod non possit delegari, non quidem ex sacrorum canonum repugnantia, sed ex quadam Ecclesiae consuetudine et praxi curiae, nihilominus quoad Vicesgerentem oretenus permisit. Die 16 Aprilis 1644.

9. Quoique les évêques soient libres pour déléguer leur juridiction, ils n'ont pas le pouvoir de déléguer les fonctions d'ordre épiscopal. C'est donc une erreur de croire que toutes les bénédictions décrites dans le Rituel soient délégables si l'onction n'y est pas. Les vicaires généraux ont encore moins le pouvoir de déléguer à de simples prêtres les bénédictions précitées. Si les évêques ont sur ce point agi illégalement, ils doivent demander au S. Siège la sanation qui leur est accordée, vu la difficulté d'y remédier.

LEMOVICEN. — Rm̃us D. hodiernus episcopus Lemovicen. S. R. C. sequentia duo dubia enucleanda proposuit, nimirum :

1. An episcopi, sive ex jure ordinario sive ex consuetudine, omnes benedictiones descriptas in Rituali Romano et reservatas, in quibus non intervenit sacra unctio, sacerdotibus minoribus delegare possint ?

2. An vicarii generales, sive ex facultatibus ordinariis sive ex delegatione speciali, nomine episcopi istas benedictiones delegare possint ?

Si responsa fuerint negativa, praefatus orator humillime postulavit ut S. C. sanet omnes benedictiones datas in dioecesi Lemovicensi usque ad hanc diem sine delegatione valida.

S. vero C. rescribendum censuit : Ad I. Negative : Ad II. Provisum in primo. Quoad vero postulatum rescripsit : Attenta rei difficultate, Rm̃us orator acquiescat. Atque ita rescripsit, die 2 Aprilis 1875.

10. L'évêque peut solliciter de Rome un indult spécial, afin de déléguer quelques dignitaires de son diocèse.

TIRASONEN. — An, quatenus ad eamdem delegationem apostolicum requiratur indultum, istud sit concedendum praefato episcopo ut in locis praecipuis et nobilioribus suae dioecesis, eo in numero presbyteros in dignitate constitutos ad hoc opus eligat quot aestimet sufficere pro omnium ecclesiarum suae dioecesis indigentia ? — S. R. C. resp. : Posse concedi in forma solita. Die 16 Maii 1744.

Telle est la *forme ordinaire* de ces indults :

LAUDEN. — Sub supplicatione data ab episcopo Lauden. et a Dataria Congregationi Sacrorum Rituum remissa, in qua episcopus petebat confirmari deputationem ab ipso factam in personam Nicolai, presbyteri, canonici et archidiaconi Lauden., ut possit benedicere paramenta et reconciliare ecclesias pollutas, ita rescriptum fuit,

videlicet : Congregatio Sacrorum Rituum censuit posse confirmari in omnibus delegabilibus et in quibus non adhibeatur unctio sacrorum. Die 29 Januarii 1605.

JANUEN. — Cum Illustrissimus et Reverendissimus Dominus cardinalis Spinula, archiepiscopus Januen., a Sacra Rituum Congregatione petierit licentiam, ut ipse et successores sui possint delegare et committere vicario generali, vel alicui ex dignitatibus Ecclesiae cathedralis, simplices benedictiones vestium, paramentorum, corporalium, et aliorum indumentorum pro celebrandis missis et ornandis altaribus, et Congregatio praedicta, sub die 12 praesentis mensis Martii, censuerit gratiam praedictam posse concedi, si Sanctissimo D. N. placuerit ; facto per nos Sanctitati Suae de praemissis verbo in consistorio secreto, Sanctitas Sua annuit, et concessit praedicto Illustrissimo et Reverendissimo D. cardinali Spinulae, archiepiscopo Januen., praedictam facultatem delegandi et committendi vicario suo, vel alicui ex dignitatibus suae Ecclesiae cathedralis, licentiam benedicendi vestes, paramenta et indumenta sacerdotalia, et alia in quibus sacra unctio non adhibeatur, ad sexennium. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium praesentes per infrascriptum nostrae Congregationis secretarium fieri jussimus, manu nostra subscripsimus, et soliti nostri sigilli impressione muniri fecimus. Hac die 14 mensis Martii 1616.

GNESNEN. — Congregatio Sacrorum Rituum archiepiscopo suprascripto facultatem delegandi benedictiones paramentorum ecclesiasticorum et vasorum in quibus sacra unctio non adhibetur, indulgendam censuit. Die 4 Septembris 1621.

11. Il convient surtout de déléguer des dignitaires et en particulier ceux de l'église cathédrale ; cependant il ne faudrait pas le faire sans nécessité.

IMOLEN. — Cum episcopus Imolen. latam habeat dioecesim, nec sine magno incommodo curati et rectores dioecesani possint semper, quando opus est, ad civitatem Imolen. se conferre pro benedicendis paramentis et aliis necessariis rebus pro servitio et usu ecclesiarum, a Sacrorum Rituum Congregatione petiit declarari : An ipse episcopus possit hujusmodi benedictiones paramentorum delegare aliquibus suis vicariis foraneis protonotariis et in dignitate ecclesiastica per dioecesim constitutis ; Eadem Sacra Rituum Congregatio respondit : Posse episcopum, in casu necessitatis, delegare personis in dignitate ecclesiastica constitutis benedictionem paramentorum et aliarum

rerum pro usu ecclesiarum, in quibus non sit adhibenda sacra unctio, vel oleum sanctum, vel sacrum chrisma, quae ab episcopis tantum sunt benedicenda, inungenda et consecranda. Et ita declaravit. Die 14 Novembris 1615.

LUCIONEN. — Emericus, episcopus Lucionen, petiit concedi decano suae Ecclesiae indultum benedicendi omnia ornamenta ecclesiastica, et reconciliandi ecclesias et alia loca sacra polluta. Et Sacra Rit. Congregatio concessit facultatem benedicendi duntaxat paramenta sacra in quibus non requiritur sacra unctio. Die 22 Augusti 1626.

12. Le pouvoir de délégation cesse à la mort de l'évêque, en sorte que le délégué ne peut plus bénir pendant la vacance du siège et, à plus forte raison, sous le successeur.

BURGEN. — Cum capitulum et canonici Burgenses peterent ob amplitudinem dioecesis concedi licentiam decano capituli, vel, eo legitime impedito, proxime sequenti dignitati benedicendi vasa et ornamenta ecclesiastica, et alia faciendi, quae fuerunt denegata, excepto tantum praedicta facultate benedicendi ea, in quibus non requiritur sacra unctio, pro qua dictum fuit scribi archiepiscopo pro informatione, sed data supplicatione, in qua inter supplicantes exprimitur etiam archiepiscopus, Sacra Rit. Congregatio concessit ipsi archiepiscopo facultatem praedictam benedictionem tantum delegandi, ipsius archiepiscopi duntaxat vita durante. Die 18 Julii 1626.

Tel était l'ancien droit : mais en 1897, le S. Office, avec l'approbation du Saint-Père, y a apporté une notable modification, qu'il importe d'exposer, car elle forme désormais la règle en pareille matière.

Le 24 novembre 1897, le S. Office a décidé que *toutes les facultés spéciales*, habituellement accordées par le S. Siège aux évêques et ordinaires des lieux, ne sont pas suspendues par leur mort, retraite ou mutation de siège, mais passent à leurs successeurs.

Feria IV, 24 Novembris 1897. In Congregatione generali S. Rom. Univ. Inquis., habita ab Emis ac Rmis DD. card. in rebus fidei et morum Gen. Inquisitoribus, iidem Emi Patres, rerum temporumque adjunctis mature perpensis, decernendum censuerunt : Supplicandum SSmo ut declarare dignetur facultates omnes speciales, habitualiter a S. Sede episcopis aliorumque locorum ordinariis concessas, non sus-

pendi vel desinere ob eorum mortem vel a munere cessationem, sed ad successores ordinarios transire... Insequenti, vero feria VI, die 26 Novembris 1897, in solita audientia R. P. D. Adsessori S. O. impertita, facta de his omnibus SSmo D. N. D. Leoni div. prov. pp. XIII relatione, Sanctitas Sua Emorum Patrum resolutionem adprobavit atque ita perpetuis futuris temporibus servandum mandavit, contrariis non obstantibus quibuscumque. — Jos. can. Mancini, S. R. et U. I. notarius.

Le 20 avril 1898, le Saint Office, consulté sur l'interprétation du décret précédent, déclara que par *Ordinaires* il faut entendre les évêques, administrateurs ou vicaires apostoliques, prélats ou préfets ayant juridiction sur un territoire séparé, ainsi que leurs officiaux ou vicaires généraux au spirituel et, pendant la vacance du siège, le vicaire capitulaire ou l'administrateur légitime.

Feria IV, die 20 Aprilis 1898. Postquam per decretum hujus Supremae Sacrae Congregationis in fer. IV, die 24 Novembris 1897, declaratum fuit facultates omnes..., propositum fuit eidem huic S. C. dubium : Utrum expediat in posterum eliminare facultates *durante munere*, quae ut plurimum vicariis capitularibus conceduntur ? Porro in Congregatione generali... Emi ac Rmi Patres rescribendum mandarunt... : Appellatione Ordinariorum venire episcopos, administratores seu vicarios apostolicos, praefatos seu praefectos habentes jurisdictionem cum territorio separato eorumque officiales seu vicarios in spiritualibus generales, et sede vacante, vicarium capitularem vel legitimum administratorem. Subsequenti vero feria IV, die 22 ejusdem mensis Aprilis 1898, in solita audientia..., SSmus resolutionem Emorum Patrum adprobavit, contrariis non obstantibus quibuscumque. — J. can. Mancini, S. R. et U. Inquis. Not.

Les facultés accordées ayant une étendue universelle, celle de bénir et de déléguer pour la bénédiction des ornements sacrés passe au vicaire capitulaire, lors même qu'il n'aurait pas le caractère épiscopal.

Beatissime Pater,... Vicarius capitularis, sede vacante dioeceseos NN., ad omne dubium tollendum pro suae conscientiae tranquillitate, ad Sanctitatis Vestrae pedes humiliter provolutus, postulat ut declarare dignetur : Utrum facultas benedicendi et delegandi ad sacra paramenta benedicenda, quae episcopis fuerit concessa, transeat etiam, ob eorum mortem vel a munere cessationem, ad successorem vica-

rium capitularem, quamvis episcopali dignitate non insignitum ?

Feria IV, die 3 Maii 1899. In Congregatione generali... Emi ac Rmi Patres respondendum mandarunt : Affirmative. Sequenti vero feria VI, die 5 ejusdem mensis et anni, in audientia a Smo D N. Leone div. prov. pp. XIII R. P. D. Adsessori impertita, Smus D. N. resolutionem EE. et RR. Patrum adprobavit. — J. can. Mancini, S. R. et U. Inquis. Not.

13. L'évêque lancera un édit pour faire connaître sa volonté au sujet de ces sortes de bénédictions et le promulguera en synode pour assurer sa stabilité.

N. évêque, etc.

Considérant qu'un des devoirs de notre charge consiste à bénir les objets destinés au culte, principalement ceux qui doivent servir au Saint-Sacrifice, et que nous en sommes généralement empêché par des occupations plus urgentes ;

Considérant en outre qu'il convient que les fonctions épiscopales ne soient confiées qu'à des ecclésiastiques constitués en dignité ;

Voulant, d'autre part, associer le plus possible à notre administration le vénérable chapitre de notre église cathédrale ;

En vertu des pouvoirs spéciaux qui nous ont été conférés par le Saint-Siège en date du... ;

Nous déléguons d'une manière permanente le très révérend doyen de notre église cathédrale, à l'effet de procéder en notre nom à la bénédiction des linges et ornements sacrés, en un mot, de tous les objets destinés au culte et qui ne requièrent pas l'onction sainte.

Cette bénédiction se donnera gratuitement et sera ensuite consignée sur un registre spécial, en cette forme : *Béni le... une chasuble, avec ses accessoires, de soie blanche, pour l'église paroissiale de N.*

En conséquence, nous défendons au clergé de ce diocèse d'employer des linges et ornements qui n'aient pas été préalablement bénis et nous exigeons que la bénédiction ne soit donnée qu'à ceux qui sont conformes au type canonique, le seul admis dans notre diocèse.

Donné, etc.

N. évêque.

La délégation peut se faire de la manière suivante :

N. évêque.

A notre vénérable frère, N. N., doyen du chapitre de notre église cathédrale, salut et bénédiction.

Considérant qu'un des devoirs de notre charge consiste à bénir les objets destinés aux églises, principalement ceux qui doivent servir au Saint-Sacrifice, afin de les affecter d'une manière permanente au culte divin ;

Considérant en outre qu'il convient que les fonctions épiscopales ne soient confiées qu'à des ecclésiastiques constitués en dignité ;

Voulant, d'autre part, associer le vénérable chapitre de notre église cathédrale à notre administration ;

En vertu des pouvoirs spéciaux qui nous ont été conférés par le Saint-Siège en date du... ;

Nous vous déléguons, Vénérable Frère, à l'effet de bénir les linges et ornements sacrés, en un mot tous les objets destinés au culte, qui ne requièrent pas l'onction sainte.

Cette bénédiction se fera gratuitement et elle sera consignée au fur et à mesure sur un registre spécial, en cette forme : *Béni le..., une chasuble avec ses accessoires de soie blanche, pour l'église paroissiale de N.*

Donné, etc.

N. évêque.

14. L'indult est quelquefois personnel. On le sollicite alors par supplique adressée à la S. Congrégation des Rites, qui répond par un rescrit.

Voici la forme ordinaire de ce rescrit, qui limite les pouvoirs à trois ans, exige le consentement de l'Ordinaire et n'accorde l'indult qu'à l'usage d'une seule église :

Beatissime Pater, N. (*prénom et nom*), presbyter (*titres*) dioecesis N. (*nom du diocèse*), ad pedes S. V. provolutus, humiliter expostulat facultatem benedicendi sacram supellectilem. Et Deus, etc.

N. (*nom du diocèse*). — Sacrorum Rituum Congregatio supra scripto oratori benigne adtriennium facultatem concessit pro usu ecclesiae N. (*nom de l'église*) sub qua moratur, aliarumque ecclesiarum, si quae sunt, eidem subjectarum, sacram illam supellectilem benedicendi pro qua sacra unctio non adhibetur : dummodo expressus accedat sui Rmi Ordinarii consensus. Die...

N. card. N., S. R. C. Praefectus.

Locus ✠ Sigilli.

15. Une des meilleures raisons à faire valoir auprès de la Congrégation est l'absence prolongée de l'évêque.

EBROICEN. — Congregatio Sacrorum Rituum, visa supplicatione data pro parte officialis canonici Ecclesiae Ebroicen., in qua, stante absentia episcopi, petebat licentiam reconciliandi ecclesias pollutas et benedicendi vasa et paramenta sacra, etc., prout in dicta supplicatione remissa a Dataria, et audita relatione de praemissis facta ab Illmo et Rmo D. Cardinali du Perron, cui ab eadem Congregatione haec causa fuerat commissa, censuit gratiam petitam posse concedi, stante absentia episcopi ordinarii et distantia aliorum episcoporum, cum facultate benedicendi vasa in quibus non adhibeantur olea sacra. Et ita declaravit. Die 26 Novembris 1605.

MASSILIEN. — Cum decanus Ecclesiae Massilien., per supplicationem a Dataria ad Sacram Rituum Congregationem remissam, petierit indultum benedicendi paramenta ecclesiastica, ornamenta et vasa in quibus non adhibetur sacra unctio, pro usu praedictae Ecclesiae et aliarum illi subjectarum, stante absentia episcopi, eadem Sacra Rituum Congregatio, absente episcopo, per biennium, gratiam petitam posse concedi censuit et declaravit, et ita sub dicta supplicatione, quae parti restituta fuit, rescripsit. Die 14 Januarii 1606.

SALISBURGEN. — Antonius de Lodrone, praepositus in metropolitana Ecclesia Salisburgensi, qui usum mitrae et baculi pastoralis habet, a SSmo D. N. petiit licentiam et facultatem benedicendi vasa, paramenta et ornamenta ecclesiastica; et cum in Sacra Rituum Congregatione negotium hoc de ordine ejusdem Sanctissimi propositum fuerit, eadem Sacra Rituum Congregatio censuit : Gratiam petitam posse concedi pro illis benedictionibus tantum in quibus sacrum chrisma vel sacra unctio non adhibetur. Et ita declaravit, die 21 Julii 1607.

RUTHENEN. — Archidiaconus majoris Ecclesiae Ruthenen., stante episcopi absentia, et ob maximam ornamentorum et paramentorum ecclesiasticorum copiam, quae in dies est necessaria, pro dictae majoris et aliarum ejusdem civitatis ecclesiarum usu et necessitate, petiit sibi concedi et indulgeri, ut, quotiescumque contigerit modernum et pro tempore existentem episcopum Ruthenen. vacare, omnia et singula vasa, et alia ornamenta et paramenta ecclesiastica ad divinum cultum pertinentia, in quibus tamen non requiratur unctio sacra, pro dictae majoris Ecclesiae et quarumcumque aliarum, tam saecularium quam regularium, ecclesiarum dictae civitatis et dioecesis usu dumtaxat benedicere possit et valeat. Congregatio Sacrorum Rituum censuit : Indultum petitum ut supra, stante episcopi absentia, posse concedi ad annum, seu per annum tantum. Et ita declaravit. Die 9 Maii 1609.

CARNOTEN. — Robertus Bouet, presbyter Parisien., cathedralis Ecclesiae Carnotensis decanus, petiit facultatem benedicendi ornamenta sive indumenta ecclesiastica, et alia altari deservientia, tam pro Ecclesia cathedrali quam pro aliis ecclesiis suae jurisdictionis, et pro tota dioecesi in absentia et de consensu episcopi, sive aliorum ordinariorum religionum exemptarum. Congregatio Sacrorum Rituum censuit : In absentia episcopi, et de ejus expressa licentia et consensu, posse concedi decano facultatem petitam benedicendi ornamenta seu indumenta ecclesiastica pro altaribus et ministris, in quibus tamen non adhibeatur sacra unctio, per totam dioecesim Carnoten. Et ita declaravit, die 3 Aprilis 1610.

CARNOTEN. — Robertus Bouet, decanus et canonicus Ecclesiae Carnoten., petiit similem facultatem benedicendi ornamenta et paramenta ecclesiastica, et reconciliandi loca sacra polluta, in absentia episcopi. Et Sacra R. Congregatio respondit idem quod supra, videlicet : Concedi licentiam benedicendi in quibus non adhibetur sacra unctio. Die 22 Augusti 1626.

16. Rome a aussi égard à la qualité des personnes, lorsqu'elles sont constituées en dignité, jouissant déjà des pontificaux ou ayant un titre prélatice.

ZAMOCEN. IN POLONIA. — Pro parte Joannis Zamoyski, magni cancellarii et generalis in regno Poloniae exercitus ductoris, quaedam indulgeri et concedi decano Ecclesiae Zamocen. SSmo D. N. supplicatum fuit ; quae cum a Sanctitate Sua Sacrae Rituum Congregationi examinanda remissa fuerint, eadem Sacra Rituum Congregatio censuit : Circa primam petitionem de usu rochetti, decano Ecclesiae Zamocen., qui, ut asseritur, ex indulto apostolico habet usum mitrae et baculi, etiam rochetti usum concedi posse intra Ecclesiam suam tantum. Circa secundam, de facultate benedicendi ornamenta Ecclesiae, paramenta et indumenta missalia, corporalia, calices, patenas, campanas, vasa, etc., S. Congregatio censuit : Eidem decano concedi posse facultatem benedicendi illa tantum Ecclesiae ornamenta, seu missalia paramenta in quibus benedicendis seu consecrandis sacrum chrisma seu oleum sanctum non adhibetur. De reliquis petitionibus nihil concedendum censuit, die 15 Novembris 1603.

REGIEN. MIRANDULA. — Ad petitiones porrectas pro parte principis et praepositi oppidi Mirandulae, Regien. dioecesis, Sacra Rituum Congregatio censuit : Praeposito praedicto ecclesiae Mirandulanae concedi posse usum mitrae et baculi, et aliorum indumentorum ponti-

ficalium in ecclesia tantum et in absentia episcopi, et facultatem benedicendi paramenta missalia, et alia similia, in quibus non adhibetur oleum sanctum vel sacrum chrisma, et sine ullo episcopi praejudicio : extra ecclesiam vero habitum violaceum, prout in supplicatione. Et SS. D. N., audita Congregationis sententia, annuit, dummodo haec omnia fiant de consensu episcopi et non aliter. Die 7 Februarii 1604.

CENOMANEN. — S. Rituum Congregatio facultatem indulsit Francisco Bardet, presbytero Cenomanen. dioecesis, rectori parochialis ecclesiae Sancti Medardi de Bruyera, ejusdem dioecesis, protonotario apostolico ac regis Christianissimi consiliario et eleemosynario, benedicendi sacras supellectiles in quibus tamen sacra unctio non adhibeatur, et de consensu ordinarii ad triennium. Hac die 31 Julii 1665.

17. La faculté de bénir est généralement limitée à un temps déterminé. Il faut alors s'en tenir strictement aux termes de l'indult et ne pas dépasser l'époque fixée, après l'expiration de laquelle il est loisible de faire renouveler la faveur.

L'indult ne fut souvent donné que pour un an ; maintenant la Congrégation l'étend à trois ans, afin que les recours soient moins fréquents.

EBROICEN. — Vicarius generalis Ecclesiae Ebroicen., ob continuam absentiam episcopi, obtinuit superioribus annis indultum a fe : re : Paulo V benedicendi vasa, vestimenta et ornamenta ecclesiastica, et reconciliandi ecclesias pollutas, in absentia episcopi ad triennium ; quo jam finito, petiit modo aliud simile indultum ad decennium, et re ad hanc S. R. Congregationem remissa, respondit : Concedendum ad aliud triennium. Die 6 Februarii 1627.

MACLOVIEN. — Vicarius generalis episcopi Maclovien. supplicavit prorogari sibi licentiam jam obtentam et expiratam benedicendi paramenta ecclesiastica. Et Sacra Rit. Congregatio concessit pro certo tempore. Die 18 Augusti 1629.

AVENIONEN. — S. Rituum Congregatio facultatem indulsit Bonifacio Pasqualis, vice-curato ecclesiae parochialis de Châteaurenard, dioecesis Avenionen., benedicendi sacras supellectiles in forma et ad triennium. Die 10 Octobris 1674.

AVENIONEN. — S. Rituum Congregatio iterum facultatem indulsit Ludovico Boyer, sacerdoti dioecesis Tolonensis, in Gallo-Provincia, nunc inservienti ecclesiae loci Barbentanae, dioecesis Avenionen., be-

nedicendi sacra supellectilia ecclesiastica in quibus tamen sacra unctio non adhibetur, et de consensu ordinarii, ad quinquennium. Die 20 Septembris 1674.

18. Le consentement de l'Ordinaire est strictement requis pour pouvoir, dans le diocèse, bénéficier d'un indult personnel.

BURGUNDIAE. — Decanus capituli et cappellae collegiatae ducum Burgundiae, asserens habere indultum Martini II benedicendi paramenta et vasa sacra, supplicavit confirmari. Et Sacra Rit. Congregatio, referente Illustrissimo de Torres, respondit : Posse concedi benedictionem tantum paramentorum ecclesiasticorum in quibus non adhibetur sacra unctio, arbitrio episcopi. Die 18 Augusti 1629.

MACLOVIEN. — Rector parochialis terrae Dinani, Maclovien. dioecesis, petiit licentiam benedicendi paramenta ecclesiastica, stante quod parochia longissime distat a civitate et per mare est iter faciendum. Et Sacra Rit Congregatio concessit : Pro tribus annis, praevio consensu episcopi. Die 18 Augusti 1629.

NANNETEN. — Circa licentiam benedicendi indumenta sacerdotalia sine consensu ordinarii, Sacra Rit. Congregatio respondit : Nonnisi de consensu episcopi. Die 20 Aprilis 1641.

S. MINIATI. — S. Rituum Congregatio iterum facultatem indulsit Joanni Francisco Bonaparte, vicario generali S. Miniati benedicendi sacram supellectilem ecclesiasticam, in qua tamen sacra unctio non adhibetur, et de consensu ordinarii, ad triennium. Hac die 21 Martii 1676.

NURIMBERGEN. — S. R. C. facultatem indulsit presbytero Joanni Francisco Christi, equiti ordinis Teutonici Nurimbergae, benedicendi sacra supellectilia ecclesiastica, in quibus sacra unctio non adhibetur, pro usu tantum suae ecclesiae, et de consensu ordinarii, ad triennium. Die 26 Septembris 1682.

19. La faculté de bénir s'étend rarement à tout un diocèse. La Congrégation la limite d'ordinaire à la propre église de l'indultaire.

CORISOPITEN. — Pro parte Caroli Josephi S. Pern, sacerdotis nobilis, rectoris parochialis de Besha, dioecesis Corisopiten., supplicatum fuit in S. Rituum Congregatione pro suo voto ad indultum eidem a Dataria transmissum, prout in supplicatione SSmo porrecta per

praedictum oratorem, ad effectum ut Sanctitas Sua eidem concedere dignaretur licentiam benedicendi cruces, imagines, campanas, tabernacula, vasa, thuribula, vestimenta, mappas, paramenta et ornamenta ecclesiastica ac sacerdotalia quaecumque ad cultum praedictum necessaria cum solitis solemnitatibus et caeremoniis ac pro usu matricis illius saecularium ecclesiarum et capellarum etc., stante distantia locorum. Et eadem Sacra Congregatio censuit : Posse concedi de consensu ordinarii, si SSmo placuerit. Die 6 Maii 1673.

BELLUNEN. — S. Rituum Congregatio attribuit ad triennium episcopo Bellunen. facultatem delegandi suo vicario generali, dignitatibus suae cathedralis aliisque presbyteris in aliqua tamen ecclesiastica dignitate constitutis, et parochis sive curatis suae dioecesis benedictionem sacrae supellectilis pro usu earum ecclesiarum tantum, et in qua sacra unctio non adhibeatur. Die 7 Augusti 1694.

20. Pour les demandes particulières, la Congrégation des Rites renvoie à l'évêque dont la fonction est de bénir, quand il n'y a pas de motif suffisant de les accueillir.

NOVARIEN. — Ad petitionem Joannis Albergantis, rectoris ecclesiae parochialis S. Ambrosii Omeniae, Novarien. dioecesis, ut concedatur licentia benedicendi paramenta sacra, Congregatio Sacrorum Rituum respondendum censuit : Adeat episcopum, cujus munus est benedicere et consecrare. Die 21 Junii 1597.

EBROICEN. — Canonicus poenitentiarius cathedralis Ebroicen. et vicarius generalis dicti episcopi petebat licentiam benedicendi ornamenta ecclesiastica et reconciliandi ecclesias pollutas. Et Sacra Rit. Congregatio respondit : Servetur Rituale. Die 14 Februarii 1626.

21. Les cardinaux de la Congrégation des Rites ont le privilège de pouvoir déléguer leurs vicaires, mais là se limite leur droit : ceux-ci étant déjà délégués ne sont pas autorisés à sous-déléguer.

Benedictiones. — In hac Congregatione concessum est omnibus ejusdem Rit. Congregationis Illustrissimis cardinalibus delegare propriis vicariis benedictionem rerum sacrarum, in quibus sacra unctio non adhibetur. Die 6 Maii 1623.

VELITERNA. — Vicarius Veliternus Illustrissimi cardinalis a Monte narravit se invenisse veterem quamdam consuetudinem in ea

civitate, concedendi per vicarium infrascriptas licentias ; de quibus dubitans an sint juridicae, petiit hoc a S. C. declarari, vel sibi concedi licentiam utendi dicta consuetudine in tribus infrascriptis consistente... Ut vicarii non solum benedicant indumenta, et alia in quibus non requiritur sacra unctio, sed etiam talem facultatem aliis presbyteris impartiantur. In quo dixi : Reperiri decretum hujus S. C. quod DD. card. dictae Congregationis possint hanc facultatem benedicendi praedicta concedere vicariis suis ; quod decretum, ut viderent, fuit dictum exhiberi ad primam Congregationem. Die 24 Aprilis 1626.

VELITERNA. — Quo vero ad benedicendum sacra, in quibus non adhibeatur sacra unctio, ostendi Decretum hujus Sac. C. factum de anno 1623, die 6 Maii, quo conceditur Illustrissimis Cardinalibus ejusdem Congregationis posse delegare propriis vicariis benedictionem praedictam, et S. C. mandavit scribi Reverendissimo Rinuccino, tunc secretario hujus S. C., ut rationem reddat dicti Decreti.

VELITERNA. — Quia similiter S. C. mandavit scribi Reverendissimo D. Rinuccino ad effectum sciendi rationem qua mota S. R. C. concessit Illustrissimis DD. Cardinalibus dictae S. Congreg., ut possint delegare benedictionem paramentorum, etc., suis vicariis, exhibuit responsionem dicti D. Rinuccini, dicentis quod cum S. C. frequenter requisita hoc concedat aliis, putavit etiam ipsismet DD. Cardinalibus concedendum, praesertim nonnullis ex eis hoc instanter petentibus : quibus auditis, S. Congreg. concessit vicario Veliterno facultatem benedicendi praedicta paramenta, et alia in quibus sacra unctio non adhibetur, ita tamen ut hanc facultatem non possit aliis impertiri et ipsi tantum nominatim concessa intelligatur. Die 2 Maii 1626.

22. Les aumôniers militaires de l'armée française ont reçu, par bref de Pie IX, en date du 6 juillet 1875, le pouvoir de bénir les vases, ciboires, vêtements et ornements sacrés, à leur usage : « Tandem vasa, tabernacula, vestes, ornamenta et quidquid ad cultum divinum spectet et spirituali servitio sit necessarium, benedicere libere et licito possint. »

23. Les réguliers n'ont pas de plein droit le pouvoir de bénir. Ainsi les abbés, prieurs, gardiens et autres prélats des ordres religieux, ne peuvent sans indult bénir les ornements à l'usage de leurs propres églises. Cependant, s'ils avaient été indûment bénits, la S. Congrégation des Rites n'exige pas qu'ils soient bénits de nouveau.

BRACHAREN. — 1. An abbates, priores, guardiani et alii religionum praelati possint benedicere paramenta et vasa sacra ad usum propriarum ecclesiarum ?

2. An eadem paramenta sint denuo benedicenda et quomodo providendum ?

S. R. C. respondendum censuit : Ad 1 et 2. Negative. Die 27 Augusti 1707.

Cette faculté s'obtient par voie d'indult.

NULLIUS, CRUCIFERORUM. — Prior generalis ordinis Cruciferorum, in Belgio, Francia et Germania, qui octuaginta circiter conventus sub se habet, quorum religiosi, propter eorum ab episcopis distantiam non sine magna difficultate et incommodo ipsos episcopos pro benedicendis paramentis et aliis rebus sacris adire possunt, petiit indultum benedicendi in dictis suis conventibus, et latius prout in supplicatione remissa a Dataria ad Sacram Rituum Congregationem ; sub qua supplicatione ita fuit rescriptum, videlicet : Congregatio Sacrorum Rituum censuit posse expediri praesens indultum pro illis benedictionibus tantum, in quibus sacrum oleum vel sancta unctio non adhibetur. Et ita declaravit. Die 15 Martii 1608.

Les abbés, ayant l'usage des pontificaux, ne peuvent, sans privilège apostolique, faire les bénédictions dans lesquelles on emploie le saint chrême ; mais ils ont ce pouvoir pour celles où il n'y a pas d'onctions, pour leurs églises et leurs monastères seulement.

Les supérieurs de réguliers, recteurs, prieurs, gardiens, ministres peuvent, avec l'autorisation du Saint-Siège, faire les bénédictions où l'on n'emploie pas le saint chrême.

TIRASONEN. — Episcopus Tirasonen. humiliter exposuit, quod licet ex variis sacrorum canonum summorumque pontificum et S. hujus R. C. declarationibus constet, ad episcopum spectare in sua dioecesi jus benedicendi sacra, nedum vasa, campanas, et alia quae sacro chrismate deliniuntur, sed et sacras vestes, et caetera, in quorum benedictionibus unctio chrismatis non adhibetur, quodque illae benedictiones, in quibus haec unctio requiritur, fieri non possint, etiam ab exercitium pontificalium habentibus, pro ecclesiis sibi pleno jure non subjectis, et quod superiores regularium, ut rectores, priores, guardiani, ministri et alii, benedictiones omnes, in quibus sacrum chrisma non requiritur, tam pro suis quam pro alienis ecclesiis, similiter faciant ; et quod ad campanas attinet, jam usus invaluit ab

immemorabili, ut eas absque sacro chrismate benedicant simplices presbyteri cum facultate ab episcopis delegata, juxta rituale Caesaraugustanum, in quo benedictio, quam simplicem et privatam dicunt, reperitur, et est eadem cum solemni in Pontificale episcoporum tradita, chrismatis unctione dempta. Quare praedictus episcopus enixe S. R. C. supplicavit pro declaratione sequentium dubiorum, videlicet :

1. An liceat abbatibus aliisque pontificalia ex privilegio exercentibus benedicere campanas, vasa sacra, et alia quae sacro chrismate liniuntur, nec non vestes sacras, et in quorum benedictionibus chrismatis unctio non requiritur ? Quatenus affirmative,

2. An hoc eis liceat etiam pro ecclesiis sibi pleno jure non subjectis ?

3. An superiores regularium et rectores, priores, guardiani, ministri et alii possint explere benedictiones omnes in quibus sacrum chrisma non requiritur ?

4. An episcopus inhibere possit decano Tutelano, aliisque abbatibus etiam Nullius dioecesis, pontificalium exercitium habentibus in dioecesi Tirasonen., prout quoque rectoribus, prioribus, guardianis et aliis ministris, regularium superioribus, ne praedictas benedictiones explere audeant ?

5. An idem episcopus, utendo ordinaria facultate, possit aliis in dignitate constitutis delegare potestatem benedicendi sacra indumenta et alia, in quibus, juxta Rituale Romanum, sacrum chrisma non adhibetur ; seu potius hanc delegationem idem episcopus etiam ad campanarum benedictionem ampliare valeat ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit : Ad 1. Quoad primam partem, non licere, nisi habeant S. Sedis privilegium ; quoad secundam partem, licere.

Ad 2. Hoc eis licere pro usu dumtaxat suarum ecclesiarum vel monasteriorum.

Ad 3. Posse pro suis ecclesiis, supposito S. Sedis privilegio.

Ad 4. Proponatur, citatis interesse habentibus.

Ad 5. Non posse. Die 16 Maii 1744.

Un supérieur de l'Ordre de Saint-Jean de Dieu, laïque le plus souvent, n'a pas le pouvoir de subdéléguer ses prêtres pour la bénédiction des ornements sacrés.

ORD. S. JOANNIS DE DEO. — An superior memorati ordinis, plerumque secularis, possit subdelegare suos alumnos sacerdotes pro

benedictione sacrae supellectilis? S. R. C. respondit : Negative. Die 16 Aprilis 1834.

La faculté de bénir, concédée par le Saint-Siège d'une manière générale, ne vaut que pour les églises de la Société et ne peut être étendue aux autres églises, même quand il s'agirait d'ornements qui se distribuent gratuitement aux églises pauvres.

MECHLINIEN. — Praepositus generalis Societatis Sanctissimi Sacramenti, paucis abhinc annis a Sancta Sede canonice approbatae, nonnulla proposuit dubia..., quorum enodationem a S. R. C. humiliter postulavit... Quaeritur an facultas benedicendi ornamenta, sacra linteamina, etc., nobis a S. Sede benigne concessa, utpote generalis, valeat quoad ornamenta non tantum nostrarum ecclesiarum, sed etiam alienarum ? Et quatenus negative, extensionem dictae facultatis ad ornamenta gratuito omnino distribuenda ecclesiis pauperioribus desideraremus.

S. R. C. resp. : Negative in omnibus. Die 31 Augusti 1867.

CHAPITRE VIII

LA CHASUBLE

1. Etymologie. — **2.** Définition. — **3.** Ordination. — **4** Vestition. — **5.** Forme romaine. — **6.** Tour de col. — **7.** Dimensions. — **8.** Croix. — **9.** Armoiries. — **10.** Enterrement. — **11.** Insigne cardinalice et canonial. — **12.** Décrets spéciaux. — **13.** Pénitenciers. — **14.** Chasubles pliées. — **15.** Prêtre grec. — **16.** Chasubles célèbres. — **17.** Rite oriental. — **18.** Bibliographie.

1. Chasuble vient de *casula*, qui signifie *petite maison*. C'était, en effet, dans le principe, une vaste rotonde qui enveloppait complètement le prêtre ; au centre, il y avait un trou pour passer la tête et on la relevait de chaque côté sur les bras pour dire la messe, en sorte que l'étoffe retombait en plis gracieux en avant et en arrière. A force d'échancrer les côtés pour laisser plus grande liberté aux mouvements, on l'a réduite à ce qu'elle est actuellement, c'est-à dire une simple bande d'étoffe.

Les Orientaux, mieux avisés, ont fendu la chasuble en avant, ce qui lui donne l'aspect d'un pluvial.

2. La chasuble est le vêtement propre du prêtre, le seul avec lequel il puisse célébrer le saint sacrifice. D'où il est facile de déduire qu'on ne peut l'employer autrement, sinon dans les cas déterminés par le droit, et combien est illicite la pratique gallicane, qui en faisait usage aux processions et bénédictions solennelles du Saint-Sacrement.

3. L'évêque, à la cérémonie de l'ordination, met la chasuble sur les épaules de l'ordinand, mais pliée en arrière. La prière dont il l'accompagne lui en montre le symbolisme, qui fait allusion à son ampleur et à sa rotondité, deux choses par lesquelles sont exprimées la charité (1) et la perfection.

(1) « Super omnes vestes induitur casula, quae quasi parva casa dicitur et a Graecis πλανήτα vocatur, αποτήσματος, hoc est errare, quoniam errabundus ejus limbus super brachia elevatur, significans charitatem, sine qua sacerdos est eas sonans aut cymbalum tinniens. Sicut enim charitas operit multitudinem peccatorum et omnia legis et prophetarum mandata continet, dicente Apostolo : Plenitudo legis est charitas, sic et haec vestis cuncta plana et alia omnia indumenta intra se claudit et continet... Est vestis nuptialis, de qua Dominus inquit in Evangelio : Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem ? Sine hac autem nunquam sacerdos debet suum officium exercere, quia semper decet eum in vinculo charitatis permanere. Per hoc autem quod amictus super os planetae revolvitur, innuitur quod bonum opus debet ad charitatem referri, nam finis praecepti est charitas, de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. Quod vero casula in extensione manuum in anteriorem et posteriorem partem dividitur, signat duo brachia charitatis, ad Deum scilicet et ad proximum. Diliges, inquit, Deum tuum etc. ; in his duobus mandatis tota lex pendet et prophetae. Rursus latitudo planetae latitudinem significat charitatis, quae etiam usque ad inimicos extenditur ; unde : Latum mandatum tuum nimis. Duae quoque plicaturae, sinistrae videlicet et dextrae, sunt duo praecepta charitatis, scilicet amor Dei et proximi... Ad brachia autem elevatur, dum bona opera charitatis operantur. Ad dextrum, dum operamur bonum ad domesticos fidei ; ad sinistrum, dum extenditur etiam ad inimicos... Sane sacerdos suum agens officium, non debet casulam exuere, quia, praecipiente Domino (Levit., 21), non licet ei egredi de sanctis, scilicet rebus vel praeceptis. Porro, secundum quod capiti, scilicet Christo, convenit casula, quia magni sacerdotis est Ecclesia universalis, de qua dicit Apostolus : Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis... Quod autem casula unica et integra et undique clausa est, significat fidei unitatem et integritatem ; verumtamen in extensione manuum

Postea imponit (pontifex) cuilibet successive casulam usque ad scapulas, quam quilibet teneat super humeros complicatam, a parte anteriori dependentem, singulis dicens : Accipe vestem sacerdotalem, per quam charitas intelligitur ; potens est enim Deus ut augeat tibi charitatem et opus perfectum.

A la fin de la messe, l'évêque déplie la partie postérieure de la chasuble en disant : « Que le Seigneur te revête de la robe d'innocence », ce qui développe le symbolisme précédent en l'appliquant directement au prêtre, avec d'autant plus de vérité que sa chasuble, ce jour-là, doit être blanche.

Explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illa quemlibet, dicens : Stola innocentiae induat te Dominus.

4. La chasuble est le dernier vêtement que prenne le prêtre, dit la rubrique : « In officio missae celebrans semper utitur planeta super albam. Postremo sacerdos accipit planetam. » A ce moment, il récite une prière où le symbolisme se présente sous une nouvelle forme : ce vêtement, portant directement sur les épaules, figure le joug du Seigneur que la grâce rend léger, conformément à l'Evangile (1).

Ad casulam cum assumitur : Domine, qui dixisti : Jugum meum suave est et onus meum leve, fac ut istud portare sic valeam quod consequar tuam gratiam.

La formule est légèrement différente pour l'évêque :


Ad planetam : Domine, qui dixisti : Jugum meum suave est et onus meum leve, praesta ut illud portare sic valeam quod possim consequi tuam gratiam.

5. La chasuble romaine se décompose en deux parties : le derrière et le devant.

in anteriorem et posteriorem partem quodam modo dividitur, designans antiquam Ecclesiam quae passionem Christi praecessit et novam, quae Christi passionem subsequitur, (Guillelm. Durant., *Ration. div. offic.*, l. III, c. VII).


(1) « Tollite jugum meum super vos... Jugum enim meum suave est et onus meum leve » (Matth., XI, 30).

En arrière, elle tombe droit et est partout de la même dimension, à bords rectilignes. Un petit galon, dentelé à l'extérieur, contourne les côtés et le bas, arrondi aux angles. Deux galons larges, formant orfroi, partagent le dos en trois parties égales ; ils sont rejoints en bas par un galon analogue qui s'appuie sur celui de la bordure et arrêtés en haut par le col. L'échancrure du col est triangulaire ; un premier galon large suit l'ouverture, un second pareil vient à une petite distance : ils sont unis au milieu





N° 1. Dos de la chasuble.



N° 2. Devant de la chasuble.

par un autre galon de même largeur et posé verticalement. Ce double galon, mis en pointe, rappelle l'amict paré qui, jusqu'au xvie siècle, en se rabattant sur la chasuble, entourait le col de son orfroi ; plus tard, l'orfroi fut détaché de l'amict et forma le *collier*, qu'ont particulièrement affectionné les Espagnols.

La partie antérieure, un peu plus courte à cause des génuflexions, est munie d'une échancrure, bordée d'un galon large, par laquelle se passe la tête ; cette échancrure va en diminuant de haut en bas. Immédiatement au-dessous commence la croix, qui est en forme de *tau* (1). Son contour est dessiné par un galon large ; les bras vont presque d'un bord à l'autre et la tige s'appuie sur le galon dentelé qui fait le tour comme en avant.

(1) Cette forme est déterminée par l'échancrure du col, qui ne laisse plus de place pour la tête de la croix.

La chasuble est plus étroite à la partie antérieure ; des épaules à la hauteur de la croix, elle va en diminuant ; puis elle s'élargit, de la croix au bord inférieur dont les angles sont arrondis.

Comme le vêtement, par suite des mouvements, pourrait tourner sur les épaules du célébrant, on le fixe par un double cordon, de fil ou de soie de couleur blanche, attaché à hauteur de la croix en dessous et assez ample pour faire deux fois le tour de la taille, car il se noue en avant.

6. C'est un abus, tout français, que d'entourer le col d'une bande de toile ou d'une dentelle, que ne réclament ni la rubrique ni la tradition romaine, et cela sous prétexte de ne pas salir le bord supérieur. Ayez les cheveux courts, au lieu de la queue de pigeon, et ne remontez pas si haut la chasuble, alors cette précaution ne sera plus nécessaire. On ne la trouve pas antérieurement au siècle dernier et elle procède directement de l'adoption de la poudre avec laquelle les mondains blanchissaient leur chevelure.


7. Voici les dimensions actuelles de la chasuble romaine : longueur, en arrière, 1^{m},40 et en avant, 0,97 ; largeur, en arrière, 0,72 et en avant, 0,65, en bas et 0,48, à la naissance de la croix ; largeur des bras de la croix, 0,41 et de l'orfroi, y compris le galon, 0,22 ; ouverture du col, en haut, 0,28 et en bas, 0,04 ; largeur du contour du col, avec le galon, 0,12.

8. La croix est l'ornement traditionnel de la chasuble. En Italie, on la met en avant ; en France, elle est sur le dos ; en Allemagne, comme sur les chasubles gothiques, elle se répète en avant et en arrière ; en Espagne, on a tranché la difficulté en la supprimant.

L'unité voudrait qu'on adoptât purement et simplement la pratique romaine, qui est la plus ancienne. A cette place, la croix en *tau* nous semble anti-française ; aussi est-elle rejetée à l'unanimité, ce qui prouve combien le clergé est ignorant. Et pourtant nous l'avions jadis toute pareille ! Elle existe, dès le XIIIe siècle, sur une statue du porche méridional de Chartres (*Monograph. de la cathédr. de Chartres*, pl. XX) et, dans le diocèse de Paris, à Villebon, on la voit sur les tombes effigiées des curés de la paroisse, en 1549, 1560, 1578, 1595, 1620 et 1648 (De Guilhermy, *Inscript. de la France*, t. II, p. 609, 610). Je pourrais multiplier les exemples à cet égard, ceux-ci suffisent.

9. Les armoiries, soit de l'église, soit du donateur, se brodent au bas de l'orfroi du dos, mais jamais en avant, usage qui a cessé au XVIe siècle.

10. La chasuble est si bien le vêtement distinctif du prêtre qu'on l'en pare, à sa mort, tant pour la sépulture que pour l'exposition. Ainsi fait-on pour le pape, pour les cardinaux et chanoines de l'ordre des prêtres, pour les évêques et pour tous les prêtres indistinctement ; cette chasuble est violette.



N° 3. Chasuble armoriée.

Loto et terso corpore, clerici familiares seu alii ecclesiastici viri, cum magistro caeremoniarum, induant illud... sacris vestibus quibus vivens induebatur, dum solemniter erat celebraturus, hoc est...... planeta coloris violacei (*Caerem. episcop.*, lib. II, cap. XXIII, n. 10).

Sacerdos super talarem vestem amictu, alba, cingulo, manipulo, stola et casula seu planeta violacea sit indutus (Rit. Rom., *de exequiis*).

11. La chasuble est l'insigne propre des cardinaux et des chanoines de l'ordre des prêtres, quand ils sont parés pour les pontificaux. Ils la prennent alors, non pas sur l'aube, comme à la messe, mais sur le rochet, recouvert d'un amict. Si les chanoines n'avaient pas le privilège du rochet, ils devraient se contenter du surplis.

Canonici sument paramenta, scilicet amictum super cottam aut rochettum et alia (*Caerem. Episc.*, lib. II, cap. I, n. 4).

Si fuerit festus solemnisque dies et ipsemet episcopus vesperas sit celebraturus,... canonici sumant sacra paramenta, post episcopum stantes, videlicet illi qui habent dignitates pluvialia, presbyteri casulas... coloris convenientis, acceptis prius per eosdem canonicos et circa collum compositis amictibus (*Ibid.*, lib. I, cap. xv, n. 6).

Si un chanoine n'était pas prêtre, il pourrait néanmoins prendre la chasuble, considérée alors comme insigne de son ordre.

ARETINA. — An canonicus nondum consecratus possit assistere episcopo celebranti amictu sacerdotali indutus ? S. R. C. resp. : Posse permitti, tamen monendum ut accipiat ordines sacros. 4 Aug. 1663.

ARETINA. — Instantibus canonicis supranumerariis civitatis Aretii pro revocatione decretorum a S. R. C. *die 4 Augusti proxime praeteriti*, ad preces episcopi Aretini editorum, quibus declaratur : Non esse permittendum, quod canonicus non consecratus, episcopo celebranti assistat amictu sacerdotali indutus. Et S. eadem C. respondit : Standum esse in decretis, praetensa dictorum canonicorum supranumerariorum institutione et consuetudine Cathedralis per eos exhibita et allegata non obstantibus. Hac die 30 Augusti 1664.

Dans les chapitres où tous les chanoines sont chanoines-prêtres, ils doivent aux messes solennelles porter la chasuble, malgré la coutume contraire.

HIERACEN. — Praetendentibus omnibus canonicis et dignitatibus praefatae Ecclesiae quando episcopus solemniter celebrat deferre pluviale in vim praetensae immemorabilis consuetudinis, fuit consulta iterum S. Rituum Congregatio : 1. An sit servanda in hoc casu hujusmodi consuetudo, vel potius Caeremoniale episcoporum ? An cano-

nici praefati non habentes praebendam distinctam in diaconalem et subdiaconalem, sed omnes existentes sacerdotales, debeant juniores induere in functionibus dalmaticam et tunicellam ?

Eadem Sacra Rituum Congregatio respondit : Ad 1. Servandum esse Caeremoniale, lib. I, cap. xv, hujusmodi praetensa immemorabili non obstante. Ad 2. Omnes teneri in functionibus solemnioribus induere planetam. Die 11 Augusti 1646.

Lorsque le pénitencier est placé après les dignités, et qu'il a une prébende presbytérale, il doit, lorsque tous les chanoines sont parés, revêtir une chasuble et non une dalmatique.

JANUEN. — Congregatio Sacrorum Rituum censuit : Canonicum poenitentiarium, cum obtinuerit locum post dignitates, et sua praebenda mutaverit statum et effecta sit presbyteralis, ut non amplius dalmatica, ut canonici diaconi, sed planeta ut presbyteri, quando omnes canonici parantur sacris paramentis uti debeat. Et ita declaravit. Die 12 Maii 1612.

Si les chanoines participants n'ont aucun privilège, ils ne peuvent, aux processions, prendre la dalmatique et la chasuble, que s'ils ont l'usage du rochet et s'il ne se présente aucun clerc plus digne qu'eux.

NULLIUS, ALTAMURA. — Ipsi capellani seu simpliciter participantes in processionibus, veluti si essent canonici, possint supra rochettum assumere planetam et tunicellam ? S. R. C. resp. : Affirmative, si rochetti usum habeant et nullus alius clerus dignior ad processionem accedat (1852).

12. La S. C. des Rites a rendu plusieurs décrets spéciaux qu'il importe de relater.

Le chanoine célébrant, qui impose les cendres à l'évêque, doit avoir la chasuble et non le pluvial.

SUESSIONEN. — An canonicus celebrans cineres episcopo impositurus feria IV in capite jejunii induere debeat pluviale vel casulam ?

Sacra Rituum Congregatio respondendum censuit : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Die 28 Aprilis 1866.

Aux processions solennelles, les réguliers prêtres peuvent porter la chasuble, les clercs et les frères convers la cotta, à manches étroites, si tel est l'usage de leur ordre.

MELITEN. — 3. An liceat dictis patribus in iisdem processionibus incedere induti planetis, in casu etc. ?

4. An liceat clericis et conversis ejusdem conventus in dictis processionibus incedere cum rochettis seu cum cottis habentibus manicas angustas ad instar rochetti, in casu, etc. ?

S R. C. resp. : Ad 3. Affirmative in solemniori.

Ad 4 et 5. Quoad rochettum, negative ; quoad cottam, affirmative, juxta usum religionis in insula Melitae. Die 9 Maii 1716.

Il arrive souvent que, pour terminer des exercices en l'honneur de la Sainte Vierge, par exemple au mois de Marie, qui ont lieu après la messe, on donne ensuite la bénédiction avec le ciboire. La S. C. des Rites déclare que dans ce cas on doit prendre le voile huméral sur la chasuble.

CASTRIMARIS. — Usus invaluit in pluribus hujus civitatis ecclesiis in functionibus Marialibus aliisque, quae cum missa persolvuntur, dimittere populum cum benedictione SS. Sacramenti in pyxide asservati, adhibito velo humerali super planeta. Quaeritur an hic usus tolerari possit ? Et Sacra Rit. Congregatio, exquisito voto alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, re mature perpensa, proposito dubio respondere censuit : *Affirmative, ita observandum* (20 Julii 1894).

Aux messes de mariage, le prêtre doit, dès le commencement, revêtir la chasuble, lorsque la messe suit immédiatement. Le décret fut porté sur la demande d'un vicaire général de l'évêque d'Amiens. Voici le texte de la réponse : « Si immediate sequitur missa, sacerdos praeter albam et stolam induere debet etiam planetam. Atque ita rescripsit et servari mandavit. » (S. R. C., 31 Aug. 1867, n. 5382, ad 5.) A Rome, cette règle est parfaitement observée.

13. Les pénitenciers des basiliques majeures, à Rome, jouissent du privilège d'assister aux pontificaux : ils portent alors la chasuble sur l'aube et, aux processions, sont précédés d'un enfant de chœur en *cotta* qui tient devant eux, dans un bouquet de fleurs, la baguette avec laquelle ils touchent la tête des pénitents.

Pour la bénédiction des saintes huiles, le Jeudi-Saint, les douze prêtres qui assistent l'évêque, sont vêtus de chasubles blanches :



N° 4. Pénitencier en chasuble.

« Duodecim presbyteri,.... omnes vestibus albi coloris. » (*Pontif. Rom.*)

14. Aux temps de pénitence, dans les grandes églises, la dalmatique du diacre et la tunique du sous-diacre sont remplacées par des chasubles violettes, pliées en avant ou coupées à hauteur de la tête de la croix. Ces chasubles se prennent pendant l'Avent et le Carême, le dimanche et aux féries, ainsi qu'aux vigiles-jeûnes et pour la bénédiction des cierges le jour de la Chandeleur, excepté toutefois le troisième dimanche d'Avent *Gaudete* et le quatrième de Carême *Laetare* (1).

Subdiaconus et diaconus capiunt... planetas ante pectus plicatas (*Caer. ep.*, lib. II, cap. XIII, n. 7). — Diaconus et subdiaconus utuntur planetis ante pectus plicatis (*Ibid.*, cap. XVIII, n. 3). — Ministri erunt hac die, tam in benedictione cinerum quam in missa, cum planetis plicatis (*Ibid.*, cap. XIX, n. 3).

OSCEN. — In diebus Adventus et Quadragesimae, diaconus et subdiaconus uti debent planetis plicatis, non dalmatica et tunicella, juxta rubricas Missalis (1591).

Aux pontificaux de ces mêmes jours, les cardinaux-diacres et les chanoines-diacres et sous-diacres, revêtent la chasuble pliée.


Canonici omnes... accipiunt sacra paramenta eis convenientia... eo excepto quod diaconi aut subdiaconi non quidem dalmaticis et tunicellis sed planetis ante pectus plicatis in hujusmodi officio utuntur, cum sit feriale (*Caerem. episc.*, lib. II, cap. XVI, n. 6, *Festum Purificationis*).

Le jour de la Purification, le dimanche des Rameaux, le Jeudi et le Vendredi saint, la croix est portée par un sous-diacre autre que celui de la messe ; le sous-diacre est vêtu de la tunique ou de

(1) « In diebus vero jejuniorum (praeterquam in vigiliis Sanctorum) et in dominicis et feriis Adventus et Quadragesimae, ac in vigilia Pentecostes ante missam, exceptis dominica *Gaudete*, etiam si ejus missa intra hebdomadam repetatur et dominica *Laetare*, vigilia Nativitatis Domini, Sabbato sancto in benedictione cerei et missa, ac quatuor Tempor., Pentecostes item in benedictione candelarum et processione in die Purificationis B. Mariae et in benedictione cinerum ac benedictione palmarum et processione, in cathedralibus et praecipuis ecclesiis, utuntur planetis plicatis ante pectus » (*Rubric. general.*, XIX, 6).

la chasuble pliée, selon que l'exige la qualité de la fonction sacrée.

ALEXANDREN. — Quomodo sit interpretandum Caeremoniale episcoporum quoad crucis delationem in processionibus, ac potissimum die omnium fidelium defunctorum, Purificationis, dominica Palma-



N° 5. Chasuble pliée, à Sainte-Marie des Anges.

rum, assistente nimirum episcopo ? S. R. C. resp. : Caeremoniale episcoporum interpretatione non indiget, et sub respectivis capitibus aperte declarat a quo et qua sacra veste induto, deferenda sit crux, nimirum in die Purificationis, dominica Palmarum, feria V in Coena Domini, feria VI in parasceve, a subdiacono diverso a ministrante, amicto tunicella aut planeta plicata, prout exigit sacrae actionis qualitas; die vero commemorationis omnium fidelium defunctorum, a subdiacono missae (1826).

Les églises paroissiales sont rangées parmi les églises majeures dans lesquelles, les jours de jeûne, le diacre et le sous-diacre portent à la messe la chasuble pliée sur la poitrine.

VENEZUELAN. — An pro ecclesiis majoribus, in quibus diebus jejunii diaconus et subdiaconus servire debent in missa cum planetis ante pectus plicatis veniant etiam ecclesiae parochiales ? S. R. C. resp. : Affirmative, ad effectum de quo in casu (1875).

La S. C. des Rites renvoie le curé de Saint Nicolas de Canziano à la rubrique du missel pour l'usage des chasubles pliées qui n'a pas encore été introduit dans la paroisse ; mais ce décret doit être atténué par celui rendu pour Vénézuela, qui assimile les paroisses aux grandes églises.

EUGUBINA. — An liceat parocho S. Nicolai, terrae Canthiani, in majori hebdomada uti planetis plicatis, quae solent concedi tantummodo ecclesiis cathedralibus et collegiatis, juxta *Caeremoniale Episcoporum*, praesertim cum nullus ex ejus praedecessoribus illis usus fuerit, sed simpliciter ministraverit in albis ? S. R. C. resp. : Servanda est rubrica 19 Missalis Romani, tit. *de qualitate paramentorum*, num. 6 et 7. Die 16 Junii 1663.

Le Cérémonial des évêques n'autorise les chasubles coupées que dans les cathédrales et les grandes églises, nullement dans les églises ou chapelles de séminaires.

Decretum diei 11 Septembris 1847 in *Londinen.* de missa solemni tempore Adventus et Quadragesimae, statuit consuetudinem non adhibendi platenas plicatas esse eliminandam, adeo ut si casulae plicatae vel quae plicari valeant non adsint, missa potius celebranda sit a solo sacerdote sine sacris ministris. Hinc quaeritur utrum hoc decretum spectet tantum Ecclesias cathedrales aut collegiatas ? Atque utrum etiam post istud decretum in minoribus ecclesiis praedictis temporibus diaconus et subdiaconus ministrare possint induti alba et manipulo, diacono deferente stolam ordinariam, prout conceditur per rubricas Missalis, I part., tit. XIX, n. 7 ? Utrum idem fieri queat in ecclesiis Seminarii ? S. R. C. resp. : *Decretum diei* 11 *Septembris* 1847 *non respicere minores ecclesias de quibus loquitur rubrica Missalis*, I *part.*, *tit.* XIX, *n.* 7 (1854).

L'usage des chasubles pliées, pour les jours de jeûne, est limité



N° 6. Evêque arménien.

aux cathédrales et aux principales églises. Dans les petites églises, les ministres revêtus de l'aube y ajoutent, le sous-diacre, le manipule, et le diacre, le manipule et l'étole (1).

Insignioribus regularium ecclesiis conceduntur planetae ante pectus plicatae a S. R. C. in Adventu et Quadragesima ; potestne uti dictis planetis in ecclesiis monialium ? S. R. C. respondit : Rubrica concedit usum planetarum complicatarum ante pectus diaconis et subdiaconis ministrantibus in missa solemni in cathedralibus et praecipuis ecclesiis in diebus jejuniorum cum limitatione, ut ibi ; in minoribus vero ecclesiis ministris praedictis dat tantum usum albae cum manipulo subdiacono, et cum stola et manipulo diacono (1671).

La chasuble pliée dont j'ai donné le dessin page 87 a été strictement copiée sur une de Rome. Je trouve qu'elle est insuffisamment écourtée en avant.

La seule forme autorisée pour la chasuble pliée est celle de Rome.

An tempore Quadragesimae diaconus et subdiaconus assistentes celebranti teneantur deferre planetas complicatas ad praescriptum Caeremonialis ? S. R. C. respondit : Ad mentem. Et mens est, quod si planetae sint ad formam originalis impressi, curet Rm̃us archiepiscopus suaviter illas reduci facere ad usum Ecclesiae Romanae. Die 1 Januarii 1690.

Il faut s'en tenir à la rubrique pour l'emploi de la chasuble pliée. Celui qui la prendrait, sachant qu'il contrevient à la règle, mériterait d'être puni par l'évêque.

ALEXANDRINA. — Num usus planetae, exclusa dalmatica et vice versa, permitti possit et quatenus negative, num qui eumdem usum induceret, apprime sciens illum esse rubricis oppositum, aliquam poenam incurreret et quam ?

S. R. C. resp. : Quicumque ille sit qui crucem defert vel ministret in missa, canonicus aut inferioris ordinis sacerdos, uti debet dalmatica aut planeta plicata, prout exigit sacra actionis qualitas. Hinc, ad I par-

(1) « In minoribus autem ecclesiis, praedictis diebus jejuniorum, alba tantum amicti ministrant ; subdiaconus cum manipulo, diaconus etiam cum stola ab humero sinistro pendente sub dextrum » (*Rubric. general.*, XIX, 7).



N° 7. Evêque syrien.

tem negative ; ad 2 vero, contra faciens plectendus poena, arbitrio episcopi, pro qualitate defectus. Die 6 Maii 1826.

15. Un prêtre grec ne peut, malgré la coutume, prendre la chasuble latine, à moins d'un indult apostolique, qui a été concédé par Benoît XIV aux Basiliens de Grotta Ferrata.

CASSANEN. — Archipresbyter Fraxineti, Cassanen. dioecesis, S. Rituum Congregationi supplicavit, ut sibi facultatem tribuere dignaretur posse adhibere in missa graeca, prout hactenus consuevit, casulam latinam quam ipsi vicarius generalis prohibuit. Et Emi Domini constitutionem Pii V servandam esse mandaverunt. Die 7 Septembris 1658.

16. Les chasubles les plus célèbres sont celles de saint Grégoire le Grand, à Monza ; de saint Bernard, à Reims ; de saint Thomas de Cantorbéry, à Sens ; de Boniface VIII, à Anagni ; de saint Charles Borromée, au palais Altemps à Rome ; et, à Saint-Pierre du Vatican, celles qui ont servi aux canonisations.

17. Dans le rite arménien et syrien, le prêtre célèbre avec une espèce de pluvial, qui n'est autre que la *casula* primitive, enveloppant tout le corps et fendue en avant pour la liberté des mouvements. L'Église latine, au contraire, l'a fendue latéralement.

18. *Bibliographie.* — On lira avec intérêt les deux articles de M. Tapin : *De l'origine de la chasuble* et *La forme de la chasuble*, insérés dans la *Revue de l'art chrétien*, en 1867 et 1868, tomes XI et XII.

CHAPITRE IX

L'ÉTOLE

1. Origine. — **2.** Définition. — **3.** Forme romaine. — **4.** Particularités. — **5.** Armoiries. — **6.** Etole double. — **7.** Ordination du diacre. — **8.** Ordination du prêtre. — **9.** Messe. — **10.** Evêques. — **11.** Symbolisme. — **12.** Port. — **13.** Préséance. — **14.** Baisement de la croix. — **15.** Aspersion. — **16.** Sacramentaux. — **17.** Sacrements. — **18.** Confession. — **19.** Communion. — **20.** Messe. — **21.** Fonctions eucharistiques. — **22.** Ordination. — **23.** Réguliers et Tiers Ordres. — **24.** Prédication. — **25.** Processions. — **26.** Office divin. — **27.** Vêpres. — **28.** Offices funèbres. — **29.** Réguliers. — **30.** Dignités. — **31.** Chapelains. — **32.** Curés. — **33.** Couleur. — **34.** Assortiment. — **35.** Chartreusines. — **36.** Imposition. — **37.** Evangiles. — **38.** Rit oriental. — **39.** Bibliographie.

1. L'étole, dans sa forme primitive, était une robe longue, garnie de deux bandes verticales, dites *clari*. La robe a été supprimée et il n'est resté que les bandes qui forment l'étole actuelle. Elle n'est plus, en conséquence, à proprement parler, un vêtement, mais un simple ornement.

La liturgie a gardé la première acception lorsqu'elle dit, plusieurs fois, au commun des confesseurs : « Amavit eum Dominus et ornavit eum, stolam gloriae induit eum. »

2. L'Académie définit ainsi l'étole : « *Stola*, longue bande d'étoffe que les prêtres portent au cou, lorsqu'ils remplissent certaines fonctions ecclésiastiques et qui pend des deux côtés par devant. » Cette définition n'est pas adéquate, car elle oublie les diacres et, de plus, l'étole n'est pas toujours pendante, puisque pour la messe elle est croisée sur la poitrine.

Il serait plus exact de dire : l'étole est un des vêtements propres au prêtre et au diacre, servant pour la célébration du saint sacrifice.

3. L'étole romaine consiste en une bande d'étoffe, à peu près de la même largeur partout, avec un élargissement rectiligne aux extrémités. Elle ne dépasse pas le genou en longueur. Les trois croix qui l'ornent sont placées, une à chaque extrémité et une au

milieu ; c'est cette dernière que l'on baise en prenant et quittant l'étole (1). Les croix des extrémités se placent, non sur la palette terminale, mais au-dessus, juste à l'étranglement (2). Les galons qui forment ces croix sont larges, et vont d'un bord à l'autre.

L'étole n'est pas bordée latéralement, comme on fait en France, mais chaque palette se termine, en bas, par un galon étroit et une frange, que nous avons tort d'omettre parfois.

Voici les dimensions : longueur de la moitié sans la frange : 1,66 ; largeur : de 0,09 à 0,11 ; à l'extrémité de la palette, 0,20.

L'étole romaine se distingue par sa souplesse, parce qu'elle n'est pas renforcée de bougran, à l'instar des étoles françaises, remarquables par leur raideur et leur rigidité.

1. L'évêque seul ajoute, vers le milieu, un ruban ou un cordon pour en retenir les côtés, tandis que les prêtres la laissent flottante et que, pour les diacres, elle est fixée par un cordon sans prétention et aussi peu visible que possible.

Stolam.... episcopo deosculandam offert eamque super ejus humeros applicat, ita ut nec ejus collum tegat nec transversa sit in modum crucis, sed aequaliter ante pectus pendeat ; quod commodius fiet si ei cordulae retro et ante sint annexae, quibus firmari possit ne huc et illuc vagetur (*Caerem. Episc.*, lib. II, cap. VIII, n. 14).

Le pape a conservé l'usage, recommandé par le Cérémonial des évêques, d'un ruban attaché à la pointe de l'étole et venant s'enrouler par derrière au cordon, en sorte que l'étole n'embarrasse pas le cou et n'est pas sujette à tourner. Ce système persévère encore à Bénévent, où il a été introduit par le cardinal Orsini.

Rome ne connaît pas les tours d'étole si chers aux Français, parce qu'on y porte les cheveux courts, ce qui est la règle. En outre, l'étole étant fort large au cou, on la replie de manière à ne pas gêner. Pour éviter cet inconvénient, Benoît XIII préconise l'étole à pointe, *acuminata*, dont le col forme effectivement une

(1) « Accipiens stolam, simili modo deosculatur et imponit » (*Rubr. Miss.*).

(2) Sur une étole, attribuée à saint Thomas de Cantorbéry, et conservée à la cathédrale de Sens, la croix est ainsi disposée (Cahier, *Nouveaux mélanges d'archéologie, décorations d'églises*, p. 29).



N° 8. Stola antique.

pointe triangulaire ; je l'ai retrouvée à Bénévent, mais je dois dire qu'à Rome on n'en fait pas usage.

5. Il n'y a pas lieu d'apposer des armoiries à l'étole. Dans la discipline actuelle, cela paraît réservé au pape, seulement pour l'étole pastorale. Il les porte alors, répétées sur chaque bande, à la hauteur de la poitrine (1) : au XVIe siècle, on les mettait sur la palette, au-dessous de la croix.

6. L'étole double, violette d'un côté, blanche de l'autre, est autorisée pour l'administration du baptême, en vue d'une plus grande commodité du célébrant, qui n'est pas alors obligé de se pourvoir de deux étoles, aux termes de la rubrique : « Stolae duae, ubi commode haberi possunt, una violacea et altera alba (ut infra notatur) mutanda ; sin minus, una saltem adhibeatur » (*Rit. Rom.*).

TARNOVIEN. — Utrum in administrando sacramento baptismi licite sacerdos uti possit stola bicolori, ex una parte violacea et ex altera alba, juxta opportunitatem ex ea parte invertenda, quae colorem praeferat a Rituali praescriptum ? S. R. C. resp. : Affirmative. Die 26 Martii 1859.

7. L'étole est remise au diacre par l'évêque, à son ordination. Elle se place sur l'épaule gauche et retombe sous le bras droit. La prière dont elle est accompagnée la dit *blanche*, insigne du ministère sacré et symbole de l'augmentation de la grâce.

Pontifex, sedens cum mitra, cuilibet ordinando ante se genuflexo stolam quam singuli in manu habent, imponit successive super humerum sinistrum, dicens singulis : Accipe stolam candidam de manu Dei, adimple ministerium tuum, potens enim est Deus ut augeat tibi gratiam suam.

Ministri reflectant capita stolae et alligent sub brachio dextro.

8. A l'ordination, l'évêque croise l'étole sur la poitrine du prêtre et fait passer le côté droit sur le côté gauche, en disant que par là est symbolisé le joug du Seigneur :

Pontifex sedet, accepta mitra et reflectit orarium sive stolam ab hu-

(1) La vignette n° 9 reproduit l'étole offerte à Léon XIII, lors de son jubilé. La bande horizontale qui précède la frange est tout à fait insolite à Rome.



N° 9. Etole armoriée.

mero sinistro cujuslibet, capiens partem quae retro pendet et imponens super dexterum humerum, aptat eam ante pectus in modum crucis, singulis dicens : Accipe jugum Domini, jugum enim ejus suave est et onus ejus leve.

9. Le prêtre prend l'étole sur l'aube et sous la chasuble, pour



N° 10. Étole du diacre.

célébrer la messe. Il la croise sur la poitrine, comme l'évêque le lui a appris à l'ordination et l'assujétit à l'aide du cordon, à droite et à gauche.

Deinde ambabus manibus accipiens stolam, simili modo deosculatur et imponit medium ejus collo ac transversando eam ante pectus in modum crucis, ducit partem a sinistro humero pendentem ad dextram et partem a dextro humero pendentem ad sinistram. Sic utramque

partem stolae extremitatibus cinguli hinc inde ipsi cingulo conjungi *(Rubric. Miss.)*.

En même temps, il récite cette prière qui lui montre l'étole comme la robe d'immortalité perdue par la prévarication d'Adam, mais que les saints mystères feront recouvrer :



N° 11. Etole du prêtre, à la messe.

Ad stolam dum imponitur collo. Redde mihi, Domine, stolam immortalitatis quam perdidi in praevaricatione primi parentis et, quamvis indignus accedo ad tuum sacrum mysterium, merear tamen gaudium sempiternum.

10. L'évêque et l'abbé, s'il a l'usage des pontificaux, ne croisent pas l'étole, mais la laissent pendante, à cause de la croix pectorale qui est un de leurs privilèges.

Si celebrans sit episcopus (vel abbas, ut supra) non ducit stolam ante pectus in modum crucis, sed sinit hinc inde utrasque extremitate

pendere ; et antequam accipiat stolam, accipit parvam crucem pectoralem (*Rubric. Miss.*).

La formule de prière est différente de celle du prêtre :

Ad stolam. Redde mihi, Domine, obsecro, stolam immortalitatis, quam perdidi in praevaricatione primi parentis ; et, quamvis indignus accedere praesumo ad tuum sacrum mysterium cum hoc ornamento, praesta ut in eodem in perpetuum merear laetari.

II. Les textes liturgiques nous ont révélé le symbolisme de l'étole, que Guillaume Durant a admirablement développé dans son *Rational des divins offices*, liv. II, ch. V :

Post cingulum sacerdos orarium sive stolam, quae leve Domini jugum significat (23 dist. *Ecclesiastica*), sive quae est jugum praeceptorum Domini super collum sibi imponat, ut jugum Domini se suscepisse demonstrat. Quam cum osculo sibi imponit et deponit, ad notandum assensum et desiderium quo se subjicit huic jugo. Illa autem a collo per anteriora descendens, dextrum et sinistrum latus adornat, quia per arma justitiae a dextris et a sinistris, id est in prosperis et in adversis, sacerdos debet esse munitus, quatenus nec adversis frangatur nec prosperis elevetur. Unde et, cum sacerdos in ordinatione stolam accipit, dicit illi episcopus : Accipe jugum Dei, jugum ejus suave est et onus ejus leve, suave in prosperis, leve in adversis.

Stola quippe usque ad genua quae curvantur protenditur, ut nos mites corde et humiles insinuet. Significat nam patientiam, de qua scriptum est : Patientia vobis necessaria est ut reportetis promissiones. Et iterum : In patientia vestra possidebitis animas vestras. Hinc est ergo quod stola cum zona seu cingulo a dextris et sinistris quibusdam nexibus colligatur, quia virtutes virtutibus sociantur et juvantur, ne aliquo moveantur tentationis impulsu et ad designandum quod, tam in prosperis quam in adversis, debet Christi jugum patienter ferri, faciente glutino charitatis. A quibusdam vero pontificibus additur praemissis verbis : Stola innocentiae induat te Dominus, quia stolam respicit primitivam, quae fuit innocentiae significativa.

Rursus stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrum, dum ordinatur, reflectitur, quia cum obedientia incipiat ab activa per dilectionem proximi, transit in contemplativam vitam per dilectionem Dei.

Longitudo autem stolae perseverantiam significat. Duo brachia stolae dependentia significant prudentiam et temperantiam. Unde Apostolus (ad Titum, 3) : Sobrie, juste et pie vivamus. Sed et, secundum decretum Bracharensis concilii, 13 d. *Ecclesiastica*, debet sacerdos de uno et eodem orario cervicem pariter et utrumque humerum imprimens signum crucis in suo pectore praeparare, ut qui imperturbatus praecipitur inter prospera et adversa consistere, virtutum semper ornamento utroque circumseptus appareat humero...

Crucem autem gerit in pectore, dum Christi passionem, cujus minister est, imitatur in mente.

Orarium itaque jugum simul et onus est, jugum sacerdotibus, onus diaconis. Unde fit ut sacerdotibus circa collum et diaconis super sinistrum humerum ponatur. Sicut enim jugum collo portatur, sic et humeris onera feruntur. Lege in Levitico et videbis solos levitas ferendis oneribus destinatos (*Num.* 3). In diaconis etiam stola jugum significat. Adhuc stola sinistro humero diaconi imponitur, quia decet temporalia spiritualibus deservire, vel quia dextram diaconi oportet esse liberam ut expeditius ad ministerium sacerdotis discurrat.

Ad lumbos stola succingitur, ut sit fortis et expeditior compugnax libidinum...

In episcopo vero vel sacerdote ab utraque parte aequaliter dependet anterius, quia Christus, cujus typum gerunt, qui aequanimiter se habuit in prosperis et in adversis (quae per laevam et dextram significantur) habitatores terrae ad caelestia ducere desiderabat, quos semper ante oculos mentis suggerebat.

Dictum est autem *orarium*, quia, quamvis sine aliis indumentis sacerdotibus baptizare, consignare et alia plura orando facere liceat, sine orario tamen, nisi magna necessitate cogente, nihil horum facere licet. In concil. Trib., in Brocardo, lib. 6, ca. *Presbyteri*, legitur ut presbyteri non vadant nisi stola oraria induti.

Notandum autem est quod antiquitus stola erat vestis candida, pertingens usque ad vestigia, qua patriarchae utebantur ante legem, quam primogeniti cum benedictionem patris acciperent induebant et Domino victimas ut pontifices offerebant. Sed, postquam alba coepit portari, mutata est in torquem. Per primam stolam innocentia intelligitur, quae fuit in primo homine; sed cum eam perdidit propter peccatum, oportuit eam recuperare per vitulum saginatum. Quia igitur superest ut qui per inobedientiam cecidimus, per obedientiam resurgamus, recte pro veste innocentiae recuperanda subimus torquem obedientiae. Nam per stolam, qua nunc utimur, obedientiam accipimus evangelii crucifixi. Porro, secundum quod capiti, scilicet Christo, convenit stola, quae super amictum collo sacerdotis incumbit, obe-

dientiam et servitutem significat quam Dominus omnium propter suorum salutem subiit : nam, cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo. Exinanivit enim semetipsum, formam servi accipiens, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Causam quippe mortalitatis nec traxit origine nec commisit opere.

Stola signat ligaturam qua Jesus ligatus fuit ad columnam.

Statutum est in canonibus, 28 distinctione *Non oportet* et duobus cap. sequen., ne subdiaconi, lectores et psalmistae orariis sive stolis utantur.

12. Il y a trois manières de porter l'étole : en *croix*, comme à la messe ; en *sautoir*, comme fait le diacre ; *pendante*, pour toute autre fonction.

L'étole suppose toujours l'aube ou le surplis. Cependant, il y a deux exceptions : pour les réguliers, qui n'ont pas l'usage du surplis et qui, au confessionnal par exemple, mettent l'étole directement sur leur vêtement ordinaire ; pour l'évêque, qui seul a le privilège de porter l'étole sur le rochet, ce qui est refusé aux chanoines.

Quando autem pontifex extra missarum solemnia est promoturus aliquos ad primam tonsuram vel ad quatuor minores ordines, sufficit quod habeat stolam supra rochetum vel supra superpelliceum si sit religiosus, et mitram simplicem (Pontific. Rom., *De ordinib. conferend.*).

Pontifex, ad consecrationem calicis vel cujuslibet indumenti seu ornamenti ecclesiastici procedere volens, debet semper stolam circa collum habere et mitram tenere poterit ubi convenit (*Ibid.*, *De paten. et calic. consec.*).

Les chanoines doivent administrer les sacrements avec le surplis et l'étole, conformément au Rituel romain, sans cappa, ni rochet.

URBIS. — An canonicis, usum cappae et rochetti habentibus liceat sacramenta administrare cum solo rochetto, et deposita cappa ? S. R. C. resp. : Sacramenta esse administranda cum superpelliceo et stola, juxta Rituale romanum (1628).

Les chanoines, pour l'administration des sacrements et des sa-

cramentaux, sont tenus, comme les simples prêtres, au surplis et à l'étole, sans aucun insigne canonial.

VITERBIEN. — An archipresbyter vel canonicus in genere, sacramenta poenitentiae, Eucharistiae aliaque administraturus, tam in ecclesia collegiata quam extra induere sibi possit choralia insignia, desuper imposita stola? Et, quatenus negative, an superpelliceo et stola tantum in Sacramentorum et Sacramentalium omnium perfunctione rite uti teneatur? S. R. C. resp. : Negative, et servandum decretum alias editum (1846).

La Congrégation des Rites se refuse absolument à admettre la pratique contraire, malgré la coutume et l'intervention de l'évêque :

SYRACUSANA. — An dignitatibus et canonicis ecclesiarum collegiatarum dioecesis Syracusanae, habentibus usum mozzettae, dum sacramenta administrant et conciones tam intra quam extra proprias ecclesias sunt habituri, sit permittendus usus stolae super mozzetta? Et S. R. C. respondendum censuit : Pro observatione decretorum, et Caeremonialis respective. Die 2 Augusti 1698.

MUTINEN. — Quum in ordinariis comitiis Sacrorum Rituum Congregationis relatae fuerint preces parochorum Mutinen., exquirentium confirmationem invectae apud ipsos consuetudinis gestandi in supplicationibus stolam super cottam atque mozzettam; Eminentissimi et Rev. Patres sacris tuendis ritibus praepositi, auditis etiam informatione et voto Rev. episcopi, rescribendum censuerunt : Non expedire. Die 11 Aprilis 1840.

L'évêque, ni pour une fonction, ni pour l'assistance au chœur, comme font souvent les évêques français, ne peut mettre l'étole sur la mozette ; ce droit appartient exclusivement au pape, dans des circonstances déterminées, telles que consistoire, audience solennelle et visite à une église.

On peut administrer le viatique et l'extrême-onction sans pompe, d'une manière privée, mais il est interdit de se dispenser du surplis et de se contenter de l'étole sur la soutane, malgré la coutume contraire, autorisée par l'ordinaire.

GANDAVEN. — Facti species. In parochiis ruralibus, ubi longum faciendum est iter, plerumque portatur Sanctissimum Sacramentum Eucharistiae ad aegrotos eisque administratur cum stola super

vestem communem, absque cotta sive superpelliceo. Quaeritur propterea : 1 An praxis illa, ubi invaluit et ordinarii locorum non contradicunt, retineri possit ? Ubi negative, quaeritur : 2. An saltem sacramentum extremae unctionis cum stola tantum administrari possit ?

S. R. C. resp. : Ad 1. Negative et, eliminata consuetudine, servetur Ritualis romani praescriptum. Ad 2. Negative, ut ad proximum. Die 16 Decembris 1826.

Voici les rubriques auxquelles la S. C. renvoie :

Sacerdos, indutus superpelliceo et stola (*De Sacram. Euchar.*).
Superpelliceo stolâque violacea indutus (*De Sacr. Extr. Unct.*).

13. Le port de l'étole donne à celui qui en est revêtu une préséance momentanée, même sur ceux qui, hiérarchiquement, lui sont supérieurs.

NULLIUS. — Congregatio Sacrorum Rituum respondit : Ratione stolae dandam esse praecedentiam archipresbytero. Et ita declaravit. Die 24 Martii 1612.

FERENTINA. — Abbatibus et curatis civitatis Ferentinae instantibus pro observatione Ritualis romani, a quo firmatur parochum stola redimitum immediate defunctorum cadavera praecedere debere, et ultimo ac digniori loco post utrumque clerum saecularem et regularem incedere oportere. S. R. C. respondit : Omnino servandam esse dispositionem Ritualis romani. Die 22 Augusti 1654.

FAVENTINA. — S. R. C. declaravit : Parochum in collegiata S. Stephani Mutilianae, ratione stolae, debere praecedere canonicis ejusdem collegiatae, etiam in funeralibus. Hac die 15 Sept. 1668.

SABINEN. — S. R. C. declaravit : Canonico hebdomadario collegiatae ecclesiae Collis Veteris, Sabinen. dioecesis, ratione stolae, digniorem locum in officio et aliis functionibus ecclesiasticis peragendis, non autem ad archipresbyterum ejusdem ecclesiae spectare. Et ita declaravit et servari mandavit. Die 13 Junii 1682.

ARETINA.— Supplicante capitulo et clero ecclesiae de Asciano sub titulo S. Agathae, dioecesis Aretinae, pro declaratione : An hebdomadarius, pluviali et stola indutus, debeat cedere locum digniorem et primarium praeposito dictae ecclesiae incedenti cum simplici mozzetta, et absque alio paramento ecclesiastico ?

Et S. R. C. censuit : In casu proposito, ratione paramentorum, deberi

praecedentiam hebdomadario, non autem praeposito. Et ita declaravit. Die 13 Junii 1682. In altera propositione sub die 28 Novembris 1682, Sacr. Congr. stetit *in decisis*.

14. C'est la coutume qui règle si l'on doit oui ou non baiser l'étole avant de la prendre pour déposer le Saint-Sacrement, car la rubrique ne parle que pour la messe.

CONGREGATIONIS ORATORII SANCTI PHILIPPI NERII. — An sacerdos possit vel debeat osculari stolam, dum eam assumit ad deponendum e throno Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum pro benedictione impertienda, illudque reponendum in ciborio post benedictionem ipsam ? S. R. C. resp : Servandam consuetudinem (1851).

15. Pour l'aspersion qui précède la grand'messe, le dimanche, le prêtre, vêtu déjà de l'aube, portera l'étole croisée.

ORDINIS MINORUM CAPUCCINORUM. — An in aspersione aquae benedictae, quae apud cappuccinos fit a sacerdote, alba et stola induto, celebraturo immediate missam conventualem, stola sit aptanda ante pectus in modum crucis vel ad utrumque latus pendens a collo ?

S. R. C. resp. : Stolam esse ante pectus ad modum crucis aptandam. Die 2 Septembris 1679.

L'étole est obligatoire pour l'aspersion, même sans pluvial :

ANGELORUM. — An sit omnino necessarium assumere stolam dum in dominicis aspersio aquae benedictae fit sine pluviali ? S. R. C. resp. : Affirmative (1847).

16. Quoique le décret du 7 septembre 1816 prescrive de ne prendre l'étole que pour l'administration des sacrements, il faut étendre cette faculté aux sacramentaux, tels que la recommandation de l'âme, les obsèques, les exorcismes, l'eau bénite, la bénédiction des femmes après les couches et des maisons le Samedi-Saint. On permet aussi de prendre l'étole en prêchant, là où c'est l'usage immémorial.

BURGIS. DOMNINI. — In una Maurianen., diei 9 Maii 1857, proposita fuerunt S. R. C. sequentia dubia : 1. An servari possit usus deferendi stolam in canendis vesperis ? 2. Quid si annuntietur verbum Dei ? 3. Quid si deferatur pluviale ? 4. Quid si in fine processionis vel

elargiatur benedictio cum Sanctissimo Sacramento? Et S. C. respondit: Negative in omnibus ac serventur decreta, praesertim generale diei 7 Septembris 1816, quod declaravit stolam non esse adhibendam praeter quam in collatione et confectione sacramentorum ideoque consuetudinem in contrarium esse abusum per locorum ordinarios omnino eliminandum. Ex hujus modi decretis quae usum stolae duntaxat praescribunt in confectione et collatione sacramentorum nonnulli sacrarum caeremoniarum cultores et magistri arguunt non amplius adhiberi posse stolam in exponendo et reponendo SS. Sacramento, vel eodem transferendo de uno ad aliud altare, ac in elargienda cum ipso benedictione in commendatione decedentis animae, in exequiis mortuorum, in exorcismis, in facienda aqua benedicta, in benedictionibus mulierum post partum, domorum in sabbato sancto, sacerdotalium indumentorum, novae ecclesiae vel oratorii, novi coemeterii, in processionibus quibuscumque atque in coeteris benedictionibus in Rituali et Pontificali romano contentis ac in aliis similiter et praesertim in concionibus, in quibus stolae usus ab immemorabili consuetudine adhibetur. Quaeritur ergo utrum haec sententia teneri possit in praxi?

S. R. C. resp. : Negative, seu juxta Rituale et Pontificale romanum stola adhibenda est in conficiendis et administrandis sacramentis atque etiam in administratione praedictorum sacramentalium et etiam in concionibus, si adsit consuetudo immemorabilis. Die 11 Martii 1871.

17. L'étole est strictement requise pour la confection et l'administration des sacrements, de l'aveu de tous les rubricistes.

NULLIUS FARFEN. — Sacrorum Rituum Congregationi humillime exposuit sacerdos Angelus Fiordiponte, archipresbyter et parochus collegiatae ecclesiae Sancti Laurentii et Sanctae Mariae Novae, oppidi vulgo Toffia, Nullius Farfen., ex antiquo more archipresbyteros memoratae ecclesiae consuevisse in omnibus ecclesiasticis functionibus, nimirum in choro, in processionibus, in administratione sacramentorum, uti stola, quam quidem consuetudinem ad haec usque tempora hodiernus parochus servavit. Verum quum in praesentiarum ab hujusmodi pacifica possessione deturbetur, optimum duxit nihil immutare, inconsulta hac Sancta Apostolica Sede ac propterea a Sacra ipsa Congregatione enixe petiit declarari : An sibi liceat uti stola in omnibus ecclesiasticis functionibus quemadmodum semper servatum est, vel an debeat stolam assumere tantum in administratione sacramentorum?

Et Sacra eadem Congregatio respondendum censuit : Serventur decreta, nimirum stolam adhibendam solummodo in sacramentorum administratione. Die 26 Aprilis 1834.

L'évêque peut défendre aux chanoines d'administrer les sacrements avec le seul rochet, sans recours possible à Rome.

PISAUREN. — Controversiarum super usu cappae in administratione sacramentorum inter reverendissimum episcopum et canonicos ecclesiae cathedralis Pisauren. Cum episcopus Pisauren. Privatis literis ad suum agentem datis, et significaverit, se cathedralis suae canonicis tantum inhibuisse, ne cum solo rochetto sacramenta administrarent, idque jure omnino ab eo factum sit, ideo capitulum et canonici nullam occasionem habent recurrendi ad S. R. C. Die 12 Decembris 1750.

Il est interdit aux curés de porter l'étole sur le mantelet ou tout autre insigne, pour l'administration des sacrements.

LAUDEN. — Fasne est parochis stolam inducre super rochettum aut superpelliceum, sed mantelletto contectum, quoties sacramenta administrant? S. R. C. resp. : Negative. 23 Junii 1892.

18. L'on a trouvé avec raison que le Rituel n'est pas suffisamment clair à l'endroit de l'étole pour le sacrement de pénitence, puisqu'il pose les deux restrictions de temps et de coutume : « Superpelliceo et stola violacei coloris utatur, prout tempus vel locorum feret consuetudo. »

Consultée, la S. C. des Rites a renvoyé plusieurs fois au Rituel, ce qui n'avance pas la question ; mais, ailleurs, elle a condamné la coutume contraire, permis à l'évêque de rendre le port de l'étole obligatoire et enfin déclaré que son emploi à l'église était *convenable* (1).

(1) Le canoniste du *Monde* a bien résumé la question :

« Il n'est pas tout à fait exact de dire que le *Rituel romain* prescrit de prendre l'étole pour confesser; cette prescription n'est pas absolue, puisqu'elle admet des exceptions motivées par la coutume : « In omni sacramentorum administratione superpelliceo sit indutus et desuper stola ejus coloris quem sacramenti ritus exposcit, nisi in sacramento poenitentiae ministrando occasio vel consuetudo, vel locus *interdum* aliter suadeat » (*Tit. I, cap. unic.*, n° 7). « Superpelliceo et stola violacei coloris utatur, *prout tempus vel locorum feret consuetudo* » (*Tit. III, c. i*, n° 9). Mais, d'un autre côté, toutes les décisions de la S. C. des Rites rendues sur cette matière prescrivent l'emploi du surplis et de l'étole...

« De ces différentes décisions il faut conclure que l'emploi de l'étole et du surplis pour confesser est obligatoire et obligatoire d'après les prescriptions du Rituel romain, mais qu'il y a des cas où par exception et rarement

CASERTANA. — Episcopus Casertanus praecepit confessariis suae dioecesis ne in posterum confessiones audiant, nisi cum superpelliceo et stola, et ut hoc decretum suum sortiatur effectum, petiit ab hac Sacra Congregatione auctoritatem astringendi etiam regulares saltem cum stola. Et Sacra Congregatio respondit : Posse episcopum id facere auctoritate hujus Congregationis. Die 28 Augusti 1628.

ORDINIS S. JOANNIS DE DEO. — An adsit praeceptum utendi stola violacea in administratione sacramenti poenitentiae ? S. R. C. resp. : Servetur Rituale romanum. 17 Aug. 1833.

PATAVINA. — In cathedrali Patavina, ex immemorabili consuetudine in publica administratione sacramenti poenitentiae, sacerdotes confessarii interdicuntur ab usu stolae a Rituali romano praescriptae. Quaeritur an standum sit hujusmodi consuetudini ? S. R. C. resp. : Negative, sed standum omnino Rituali et aliis decretis (1844).

PATAVINA. — Quaeritur an confessarii in Ecclesia cathedrali in actu confessionum assumere debeant stolam, qua non utuntur ? S. R. C. resp. : Affirmative, juxta alias decreta.

AMBIANEN. — Utrum consuetudo ministrandi sacramentum poenitentiae absque stola, etiam in ecclesia et sede confessionali, servari possit, cum Rituale romanum, dum praescribit usus stolae in administratione sacramentorum, addat : « Nisi in sacramento poenitentiae ministrando occasio, vel consuetudo, vel locus interdum aliter suadeat », et alibi idem Rituale subdat : « Stola violacei coloris utatur, prout tempus vel locorum consuetudo feret. » ? S. R. C. resp. : Conveniens est, ut in ecclesia adhibeatur stola, juxta S. R. C. decreta. 8 Aug. 1867.

(*interdum*), l'occasion, la coutume ou le lieu permettent de s'en passer. Cette interprétation est conforme aux décrets que nous citons : ce que ces décrets prohibent, ce n'est pas le fait de confesser quelquefois, *interdum*, suivant une coutume valable pour ces cas particuliers, sans surplis et sans étole ; mais c'est la coutume de faire ainsi et d'ériger l'exception en règle. Si l'on ne peut donc pas dire que le Rituel prescrit absolument, *et pour tous les cas*, l'emploi de l'étole et du surplis, il faut conclure cependant que, régulièrement, le prêtre doit les prendre quand il confesse à l'église et qu'il ne lui est permis de s'en passer qu'exceptionnellement, *interdum*, suivant ce qui détermine pour ces cas l'occasion, la coutume ou le lieu. C'est du reste ce qui se pratique *généralement*. »

Le Rituel ne suppose pas l'étole sans le surplis, quand il s'agit de clercs réguliers :

CONGREG. PRESBYT. SS. SACRAMENTI. — An liceat alumnis praedictae societatis audire in sacro tribunali confessiones, adhibita tantum stola violacei coloris, sed sine superpelliceo ? S. R. C. resp. : In ecclesia servetur Rituale romanum (1877).

In ecclesia laisse entendre qu'en dehors de l'église on peut agir autrement et telle est la pratique romaine.

En 1882, la S. C. renvoie encore au Rituel :

ADJACEN. — An tolerari possit confessarios in ecclesia vel in sede confessionali sacramentum poenitentiae frequenter ministrantes, uti stola absque superpelliceo aut vice versa ? S. R. C. resp. : Servetur Rituale romanum. 23 Mart. 1882.

A Rome, l'étole est obligatoire à l'*église* et à la *sacristie*, c'est-à-dire dans le lieu saint.

Conformément au Rituel romain, tit. *De sacramento poenitentiae*, § *Superpelliceo*, N. S. P. le pape ordonne que, dans l'administration du sacrement de pénitence dans les églises ou les sacristies, les curés et les confesseurs séculiers prennent l'étole et le surplis et les réguliers aient toujours l'étole, sous peine de suspense de la confession (*Edit du card. vicaire*, novembre 1726) (1).

(1) Le canoniste du *Monde* dit encore :

« Les religieux doivent se servir, pour l'administration du sacrement de pénitence, des vêtements que leur règle leur prescrit pour l'assistance des offices qu'ils célèbrent au chœur (Ve concile de Milan, P. I). — Cette permission ne s'étend qu'aux moines (*monachi*) et aux ordres mendiants (*mendicantes*) ; les prêtres des autres congrégations religieuses doivent, comme les prêtres séculiers, revêtir le surplis et prendre l'étole (*Ibid.*). La dernière décision de la Sacrée Congrégation des Rites en 1877, pour les prêtres du Saint-Sacrement, a été donnée à une congrégation religieuse ; elle consacre de nouveau la différence établie sur ce point entre les réguliers proprement dits et les simples congrégations religieuses. Les réguliers proprement dits ne prennent donc le surplis pour confesser que si leur règle le leur prescrit pour assister aux offices du chœur, mais comme l'étole n'est pas comprise dans l'*habit de chœur*, ils doivent la prendre toujours comme les autres prêtres suivant les règles générales données plus haut. »

19. Pour l'administration de la communion en dehors de la messe, on doit prendre une couleur conforme à l'office du jour, car le Rituel porte : « Sacerdos superpelliceo indutus, ac desuper stola coloris officio illius diei convenientis... » Par conséquent on ne peut pas prendre le blanc, à moins que l'office du jour ne le réclame, ni la couleur du temps, à moins qu'elle ne soit conforme à celle de l'office.

TRIDENTINA. — An stola pro ministranda Sanctissima Eucharistia extra missam semper esse debeat coloris officio illius diei convenientis, ut praescribit Rituale romanum, vel potius esse debeat alba, prout valde conveniens sacramento eucharistiae, ut multi censent doctores ? S. R. C. resp. : Juxta Ritualis romani rubricam debet esse coloris officio illius diei convenientis (1836).

En est il de même quand la messe et l'office ne sont pas les mêmes et que les couleurs sont différentes, par exemple : 1° le Jeudi-Saint, où la couleur est blanche à la messe, et violette à l'office ; 2° les vigiles, les féries des Quatre-temps et le lundi des Rogations, lorsque ces jours tombent dans une octave non privilégiée, et que l'on dit le bréviaire de l'octave, et la messe de la vigile ou de la férie ? Oui, ainsi que l'a décidé la Sacrée Congrégation des Rites le 11 août 1877 sur la demande du R. P. Frattini, maître des cérémonies chez les oratoriens de Venise : « Ad utrumque servetur Ritualis romani rubrica... » Dans ces deux cas encore on se base toujours sur la couleur de l'office et non sur celle de la messe.

Toutefois dans les églises où l'on a la coutume d'administrer la sainte communion avec une étole blanche aux fidèles qui remplissent le devoir pascal, on doit la tolérer.

VENETIARUM. — Sacerdos Joseph Frattini, congregationis Oratorii Venetiarum, modernus in ecclesia ejusdem congregationis caeremoniarum praefectus, humillime pro opportuna declaratione Sacrae Rituum Congregationi insequentia proposuit dubia, nimirum :

In administratione Sanctissimae Eucharistiae extra missam a rubrica Ritualis romani praescribitur stola coloris officio illius diei convenientis. Quaeritur an stola coloris officii vel missae adhibenda sit : 1. In feria quinta majoris hebdomadae ; 2. In vigiliis et feriis quatuor temporum, vel feria secunda rogationum (vel in feriis quadragesimae ubi octavae

concessae sunt quae infra octavam non privilegiatam occurrunt si, juxta rubricas breviarii et missalis romani officium de octava et missa de vigilia vel feria celebratur) ?

Sacra porro eadem Congregatio rescribendum censuit : Ad utrumque servetur Ritualis romani rubrica, et ubi vigeat consuetudo administrandi Sanctissimam Eucharistiam cum stolis albi coloris fidelibus paschale praeceptum adimplentibus toleranda. Atque ita rescripsit, die 11 Augusti 1877.

La coutume, même immémoriale, ne peut prescrire contre le Rituel.

ARETINA. — Ubi vigeat immemorabilis consuetudo ministrandi Sanctissimum Eucharistiae sacramentum extra missam cum stola semper albi coloris, tolerarine potest ejusmodi consuetudo ? S. R. C. Resp. : Servetur Rituale romanum. 18 Jun. 1885.

Il est défendu aux chanoines de donner la communion avec l'étole sur la cappa, comme aussi de mettre la patène sous le menton des fidèles quand ils assistent l'évêque.

LAUDEN. — Canonici ecclesiae cathedralis, induti cappa magna et stola, possunt ne sacram synaxim distribuere vel patenam deferre seu porrigere quoties episcopus Sanctissimam Eucharistiam fidelibus distribuit ? S. R. C. resp. : Negative. 23 Jun. 1892.

Pour la communion du prêtre, l'étole est de la couleur de celle du célébrant et elle se porte ou croisée sur la poitrine, ou tombant de chaque côté ; le diacre la met en sautoir sur la *cotta.*

ORD. MIN. CAPUCCIN. — Solent Capuccini sacerdotes in die Coenae Domini Sanctum Corpus Christi sumentes, deferre stolam ante pectus in formam crucis accommodatam : quaeritur, an debeant observare consuetudinem introductam, vel deferre stolam a collo pendentem ? S. R. C. resp. : Posse utrumque observari. Et ita declaravit. Die 2 Septembris 1679.

ANTIBAREN. — I. In Rituali romano, titulo *Ordo administrandi sacram communionem*, haec habentur : « Sacerdotes vero cum stola communicent. » Quaeritur cujusnam coloris debeat esse hujusmodi stola ?

II. Utrum diaconi, accedentes privatim ad sacram communionem, debeant deferre super cottam stolam transversam ?

S. R. C. resp. : Ad I. Sacerdos communicans utatur stola coloris ejusdem ac sacerdos qui ministrat. Ad II. Affirmative. 4 Jul. 1879.

Le Cérémonial des Evèques a réglé que, pour la communion du Jeudi-Saint, les prélats, gouverneurs ou vice légats, se classent en trois catégories : s'ils sont prêtres, ils communient avec le rochet, la *cotta* et l'étole pendante ; s'ils sont diacres, avec le rochet, la *cotta* et l'étole en sautoir ; s'ils ne sont pas dans les ordres, avec le rochet et le mantelet.

Quando praeses, aut gubernator vel vice legatus, sit in sacro presbyteratus seu diaconatus ordine constitutus, quia multum decet et convenit ut cum aliis eo die communicet, adventante communionis tempore, cottam superinduet rocchetto, cum stolam sumere et a collo vel ab humero sinistro pendentem etiam habere debeat, communionem primus accipiet... Si autem neutro charactere fuerit insignitus, cunctorum primus pariter ad communicandum procedet, rochetto et mantelletto tantummodo indutus (*Caer. Episc.*, lib. III, cap. VIII, n. 1, 2).

Pour la communion du clergé, le Jeudi-Saint, les chanoines peuvent prendre l'étole sur l'aumusse ou sur la cotta, selon la coutume. Pourquoi alors la coutume n'autoriserait-elle pas aussi bien l'étole sur la mozette et la *cappa* ?

BRAGEN. — An canonicus sacerdos in feria V Coenae Domini pro communione generali super almutiam stolam a collo pendentem habere debeat, vel solum super cottam ? S. R. C. resp. : Servandam esse locorum consuetudinem (1796).

Les chanoines parés qui assistent l'évêque communient, le Jeudi-Saint, sans étole, parce que l'ornement sacré en tient lieu.

MOLINEN. — Utrum stola suppleatur sive per pluviale aut planetam pro canonicis paratis communicaturis in communione generali, per dalmaticam pro diacono assistente calicem de manu episcopi accepturo in processione feriae quintae in Coena Domini ? S. R. C. resp. : Affirmative, juxta Caeremoniale Episcoporum, et dentur decreta (1857).

MACAONEN. — Utrum feria V in Coena Domini, in missa pontificali, presbyter et diaconi assistentes, canonicus baculum sustinens pluviali paratus et subdiaconus, si sint presbyteri, stolam assumere

debeant, priusquam de manu episcopi communionem accipiant ; an potius ad sacram synaxim teneantur accedere iisdem tantummodo paramentis quibus utebantur ab initio missae ? S. R. C. resp. : Negative quoad primam partem, affirmative quoad secundam. 10 Maii 1895.

20. Aux messes célébrées, les jours de fête, par les curés, il n'est pas permis à un autre prêtre en étole de chanter l'évangile.

CUSENTINA. — An liceat in missis diebus festivis celebrari solitis a parocho dicti loci, alteri sacerdoti cum stola canere evangelium ? S. R. C. resp. : Non licere (1871).

On ne peut, à une grand'messe célébrée sans ministres, faire chanter l'évangile par un diacre portant l'étole en sautoir sur le surplis.

ALBINGANEN. — Supplicantibus canonicis collegiatae S. Remigii, dioecesis Albinganen., in S. R. C., pro declaratione : An sibi liceat, prout hactenus consueverunt, cantari facere evangelium per assistentem cum stola et cotta, in forma diaconi, quando ipsi cantant missas sine diacono et subdiacono ? — Et S. R. C. respondit : Servandas esse rubricas. Die 19 Novembris 1667.

Le prêtre qui assiste un nouveau prêtre à sa première messe ne peut ni faire l'aspersion, si c'est un dimanche, ni porter l'étole sous le pluvial, ni prendre la patène pour la communion des fidèles, ni encenser le célébrant ; ces deux dernières fonctions sont remplies par le diacre.

MATHELICEN. — 1. An celebrante solemniter prima vice novo sacerdote, patrinus seu presbyter assistens possit in dominicis antea aspergere populum aqua benedicta, ac deinde ad sacristiam accedere, et sacerdotem ipsum ad altare adducere cum ministris ?

2. An subtus pluviale ipse patrinus possit stolam gestare ac fidelibus cum patena ministrare, quoties Eucharistica communio instituenda est ?

3. An patrinus debeat vel saltem possit celebrantem incensare loco diaconi ?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente secretario, rescripsit : Ad 1. Negative in omnibus. Ad 2. Spectare ad diaconum utrumque. Ad 3. Negative. Die 11 Martii 1837.

Les *Ephemerides liturgicae*, 1889, p. 72, donnent comme règle, malgré ce décret, la pratique de Rome, *juxta laudabilem praxim Urbis*, qui est que le prêtre assistant prend le pluvial, si la messe est chantée ; pour une messe basse, il revêt simplement le surplis, sur lequel il met l'étole, à partir de la consécration.

Le chapelain qui assiste l'évêque dans son oratoire ou ailleurs pour la messe basse ne prend pas l'étole.

VALENTINEN. — Sacerdos Spiritus Gustavus Jouve, canonicus et eleemosynarius episcopi Valentinensis, quaerit : 1. Utrum teneatur ferre super habitu chorali stolam, quando assistentiam praestat episcopo, dum in oratorio privato aut alibi missam celebrat ? In hypothesi vero negativa, quaerit : 2 Utrum sibi liceat, absque violatione rubricarum, stolam ferre in casibus supradictis ? Et S. R. C. in ordinario coetu respondendum censuit : Ad 1. Negative. Ad 2. Obstant decreta. Die 12 Martii 1836.

DE ZACATHECAS. — Rmus D. Josephus Maria a Refugio Guerra, in Republica Americana septentrionalis Americae, episcopus de Zacathecas, sequens dubium S. R. C. enodandum proposuit, videlicet : Capellanus, qui immediate assistit episcopo in celebratione missae privatae, etiam stolam superimpositam habere debet ? S. vero eadem C., audita sententia in scriptis alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, proposito dubio rescripsit : Negative et detur decretum in una Valentinen. diei 12 Martii 1836. Atque ita rescripsit ac servari mandavit, die 4 Septembris 1875.

21. Si telle est la coutume, les clercs adorent le Saint-Sacrement exposé revêtus du surplis, et les diacres et les prêtres avec l'étole blanche, chacun pendant une heure et à genoux, selon l'instruction Clémentine.

BRIXIEN. — Utrum servari queat inducta consuetudo, ex qua, dum Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum publicae venerationi expositum est, continuo duo clerici superpelliceo induti, diaconi autem et sacerdotes etiam stolam albam habentes, ut in Coena Domini, flexis genibus intra presbyterium assistunt, quisque per horae spatium ? S. R. C. resp. : Affirmative, juxta instructionem Clementis papae XI, die 1 Septembris 1736. Die 17 Augusti 1833.

Lorsque, pour des raisons graves, le saint viatique ne peut être porté ostensiblement dans les rues, Benoît XIV, par la constitution

Inter omnigenas, du 2 février 1744, veut que le prêtre soit au moins revêtu de l'étole sous ses vêtements ordinaires.

Ubi Turcorum vis praevalet et iniquitas, sacerdos stolam semper habeat propriis coopertam vestibus ; in sacculo seu bursa pyxidem recundat, quam per funiculos collo appensam in sinu reponat, et numquam solus procedat, sed uno saltem fideli, in defectu clerici, associetur.

Quand des curés et chapelains, autorisés à prendre l'étole, se rendent processionnellement à une église où le Saint-Sacrement est exposé et où ils font station pour prier, l'étole doit être unique et de la couleur du jour.

ARIMINEN. — Expositum fuit a Johanne Mathaeo Gentilini, quod in oratorio Sanctissimi Sacramenti cathedralis Ariminen., quotannis feria 2, 3 et 4 majoris hebdomadae fit solemnis processio et expositio quadraginta horarum tam in expositione quam in depositione sacramenti in paramentis albis per processionem. Sed quia quacumque hora intermedia confluunt ad orandum parochi et cappellani respective processionaliter cum cruce et stola, cum propriis parochianis et confratribus, ideo supplicavit pro declaratione :

1. Cujusnam coloris debeat esse stola, albine, an violacei ?

2. An liceat per viam in accedendo ad oratorium adhibere violaceam, et infra ipsum oratorium coram Sanctissimo Sacramento accipere albam et tempore et hora qua orant, vel semper tam in eundo quam in orando adhibere violaceam vel albam ?

Et eadem S. R. C. tam ad primum quam ad secundum respondit : Utatur colore tempori convenienti. Die 4 Maii 1686.

Si l'exposition du Saint-Sacrement précède les vêpres et qu'elles soient suivies de la bénédiction, l'officiant, en raison de cette double circonstance spéciale, met l'étole sous le pluvial pour tout le temps de la fonction.

SALAPIEN. — Ritus servandus in expositione et benedictione SS. Sacramenti, auctoritate concilii primi provincialis approbatus, praecipit ut sacerdos, cotta indutus, utatur amictu, et adjungit : « Si expositio SS. Sacramenti immediate sequatur aliud officium divinum et sacerdos, pluviali coloris respondentis officio diei indutus, non recedat ab altari, tunc paramentis non mutatis, velum humerale albi coloris assumatur. Quatenus vero recedat et expositio habeatur tan-

quam functio distincta ab officio praecedenti, paramenta albi coloris adhibeantur. Nec tamen improbandus usus assumendi pluviale album pro expositione SS. Sacramenti, etiamsi ipsa immediate sequatur officium cui competit color diversus. » Porro quando benedictio SSmi immediate sequatur vesperas solemniter cantatas et paramenta non sint mutanda, quaeritur an foret contra decretum generale S. R. C. 7 Septembris 1819, si sacerdos, antequam induat pluviale pro vesperis, simul sumat amictum et stolam propter benedictionem SSmi, quae vesperas statim secutura est ? Et quatenus hoc sit prohibitum, quaeritur an sacerdos, pluviali indutus, apud altare illud deponere et reassumere debeat, sumptis interim amictu et stola, et hoc etiamsi paramenta non sint coloris albi ?

S. R. C. rescribendum censuit : Licet sumere amictum et stolam si ante vesperas fiat expositio et benedictio illas immediate sequatur. 19 Dec. 1883.

Un simple prêtre peut prendre l'étole pour le chant des litanies dans l'église dont il a la garde, lorsqu'il y a concours de peuple et malgré le curé.

URBEVETANA seu *BALNEOREGIEN.* — S. R. C. declaravit : Licere sacerdoti simplici uti stola in decantandis litaniis in ecclesia laicali terrae Sippiciani seu Arcis Alvetiae et a patronis dicti loci constructa et administrata et in custodiam dicto sacerdoti data, etiam concurrente populo et contradicente parocho ejusdem loci. Hac die 13 Februarii 1666.

22. A l'ordination des prêtres, l'imposition des mains par les prêtres présents suppose soit la chasuble, soit l'étole, quand c'est possible.

Ordinandis coram pontifice binis et binis successive genuflectentibus pontifex, stans ante faldistorium suum cum mitra... imponit simul utramque manum super caput cujuslibet ordinandi successive, nihil dicens. Idemque faciunt post eum omnes sacerdotes qui adsunt, quorum tres aut plures planetis vel saltem cum stolis parati, si commodo fieri potest, esse deberent (*Pontif. Rom.*).

SOC. JESU. An in collatione sacrorum ordinum, cum sacerdotes imponunt manus ordinandis presbyteris et cum omnes circum episcopum stant elevata manu, an omnes debeant habere necessario stolam ? S. R. C. resp. : Consulat Pontificale romanum, *De Ordinatione presbyteri.* Die 11 Maii 1878.

Aux matines de Noël, les prêtres assistants, vêtus du pluvial, ne peuvent y ajouter l'étole pour chanter les homélies et, si l'un des deux est diacre, il doit s'abstenir.

ARIMINEN. — An in matutino noctis Nativitatis Dominicae duo assistentes sacerdotes parati, cantaturi primas homilias, deferre debeant sub pluviali stolam diaconalem vel a collo pendentem vel in modum crucis ante pectus ? Et quid si duo assistentes essent unus simplex diaconus, subdiaconus alter ? — S. R. C. resp. : Negative, juxta generale decretum diei 7 Septembris 1816 et juxta Caeremoniale episcoporum, subdiaconus se abstineat a cantando evangelio cum lectione. Die 7 Aprilis 1882.

23. Le supérieur régulier, recevant l'évêque à la porte de son église et lui offrant l'eau bénite, ne peut porter le surplis et l'étole et accompagner de la sorte le prélat dans son couvent.

MINOR. FRANCISCAL. — In receptione praelati ad ecclesiam hisce locis solet superior ecclesiae ad januam ecclesiae ipsius eum excipere et eidem porrigere aspersorium, indutus superpelliceo cum stola. Quaeritur an supradicto in casu usus stolae tolerari possit ? S. R. C. resp. : Negative. Die 16 Aprilis 1853.

SYREN. — Quum superior regularis, aut alius pro eo, recipit episcopum ordinarium ad ingressum ecclesiae suae, ac ei aspersorium porrigit, praeter superpelliceum deferre debet etiam stolam ? Et in casu affirmativo, potest hoc facere percurrens una cum episcopo portam interiorem ecclesiae in qua ei porrigat aspersorium ? S. R. C. resp. : Negative. Die 5 Decembr. 1868.

Cependant, dans le cas de la réception de l'évêque, Rome tolère la coutume et, alors, le prieur de l'église régulière garde l'étole, ainsi que les curés qui se rendent en procession à cette église.

VICENTINA. — Rev. hodiernus prior ecclesiae et coenobii Beatae Mariae Virginis ad Montem Bericum, ordinis Servorum Beatae Mariae Virginis, apud urbem Vicentiae, de consensu Rmi Dni episcopi Vicentini, sequentia dubia Sacrae Rituum Congregationi pro opportuna resolutione humillime subjecit, nimirum :

Quum ex publico civitatis Vicentiae et antiquissimo voto duae processiones fiant ad praefatam ecclesiam, quibus Rmus episcopus, una cum capitulo Ecclesiae cathedralis et parochis stola decoratis, cetero-

que clero et confraternitatibus, interesse solet, mos est ut ad ecclesiae januam religiosa familia processionem excipiat, ac prior, superpelliceo stolaque indutus, accedentibus porrigat aquam benedictam. Episcopo tamen ad limen templi pervento, prior, stola deposita ac praevio manus osculo, aspergillum tradit ut antistes populo benedicat.

Quaeritur 1° An liceat superiori regulari ecclesiae in Monte Berico excipere ad ostium processiones, indutus superpelliceo et stola ?

2° An liceat parochis qui dictis processionibus intersunt, ecclesiam Beatae Mariae Virginis ad Montem Bericum ingredi cum stola ?

3° Et quatenus negative ad primum et secundum, supplicibus et communibus votis expetitur ut exposita consuetudo servari possit.

Sacra porro eadem Congregatio, ad relationem infrascripti secretarii, exquisitoque voto alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, re mature perpensa, ita propositis dubiis censuit respondendum, videlicet : *Expositam consuetudinem servari posse*. Atque ita rescripsit, die 20 Maii 1892.

CAJ. CARD. ALOISI MASELLA, *S. R. C. Praefectus*. — Vincentius Nussi, *S. R. C. Secretarius*.

L'*Ami du clergé* a donné cette consultation, à propos des Tiers Ordres :

Q. — Faut-il se servir de l'étole blanche pour toutes les réunions, vêtures, professions, absolutions générales et bénédictions papales du Tiers Ordre ?

R. — Le *Cérémonial* approuvé le 18 juin 1882 prévoit l'emploi de l'étole blanche pour la vêture, la profession et la bénédiction papale. Il n'en est pas question pour la bénédiction avec indulgence plénière; mais nous pensons qu'on peut l'employer *si l'on veut*, sans y être obligé toutefois.

Pour les réunions ordinaires, l'étole n'est pas permise, parce qu'il ne s'agit ni de sacrements, ni de bénédictions, ni de processions.

Toutefois, quand il y a prédication, on peut employer l'étole où c'est la coutume, mais alors elle doit être de la couleur du jour.

21. Quoique l'étole ne doive servir que pour administrer les sacrements et faire un office pour lequel elle est requise, l'usage s'est établi, dans plusieurs pays, que les prédicateurs la prennent en montant en chaire. L'usage immémorial peut être toléré (1).

(1) Voir les *Ephemerides liturgicae*, 1892, p. 181, au sujet de cette coutume.

MARSORUM. — Debentne episcopi et sacerdotes concionem habentes adhibere stolam ? S. R. C. resp. : Servandam esse immemorialem consuetudinem. 12 Nov. 1831.

TLASCALEN. — Rmus D. Carolus Maria Colina, episcopus Tlascalen. in Mexico, exponens sacerdotes suae dioeceseos, ex antiqua consuetudine, stolam adhibere, non solum in ecclesiasticis functionibus, sed etiam in praedicatione, a Sacra Rituum Congregatione humiliter exquisivit ut ipsa declarare dignaretur quibus in casibus a sacerdotibus sit adhibenda stola. Et Sacra eadem Congregatio, audita tum relatione a subscripto secretario facta, tum voto in scriptis alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, declaravit : Stolam a sacerdote adhibendam esse quum conficit aut administrat sacramenta, aut officium aliquod facit quo stola adhibenda sit, aut etiam cum concionatur, si in eo loco adest immemorabilis consuetudo. Atque ita declaravit, die 28 Septembris 1888.

BURGI S. DOMNINI. — Nonnulli sacrarum caeremoniarum cultores et magistri arguunt non amplius adhiberi posse stolam... in concionibus, in quibus stolae usus ab immemorabili consuetudine adhibetur. Quaeritur utrum haec sententia teneri possit in praxi ? — S. R. C. resp. : Stola adhibenda est... etiam in concionibus, si adsit consuetudo immemorabilis. Die 11 Maii 1871.

Les réguliers prêchent avec l'habit de leur ordre. Toutefois, dans les lieux où la coutume existe de porter l'étole pour la prédication en dehors de la messe, les religieux doivent s'y conformer :

MECHLINIEN. — Viget in aliquibus locis usus deferendi stolam in verbi divini annuntiatione, etiam extra missarum solemnia. Quaeritur inde an sit dictus usus legitimus et an obliget regulares in suis saltem ecclesiis ? Et quatenus affirmative, cujus coloris debet esse praedicta stola ? An semper coloris albi, vel potius diei currentis ? S. R. C. resp. : Affirmative in omnibus ad primam partem ; ad secundam vero, color respondeat officio diei.

Comme la S. C. l'a décidé pour Malines, l'étole doit être de la couleur du jour, même le 2 novembre.

LINCIEN. — An stola concionatoris (quae in his regionibus semper est in usu) pro sermonibus festivis de S. Joseph et Annuntiatione B. M. V., quando haec festa occurrunt in hebdomada majori, debeat esse coloris albi vel violacei ? Et an die 2 Novembris (vel Dominica se-

quenti) ad sermonem pro defunctis liceat adhibere stolam coloris nigri ? S. R. C. resp. : Stola concionatoris sit coloris officio diei respondentis, etiam die secunda Novembris. Die 3 Junii 1892.

Lorsque, à une messe célébrée pour un défunt, on doit faire l'oraison funèbre de celui-ci, après la messe et avant l'absoute, le prédicateur, en soutane, sans cotta et sans étole, et ayant prié devant le milieu de l'autel, sans demander de bénédiction à l'évêque, mais faisant devant lui la génuflexion ou l'inclination suivant sa dignité, monte à la chaire couverte en noir, il salue de nouveau l'évêque et, faisant le signe de la croix, il commence l'oraison funèbre ; ce cérémonial doit s'observer dans toutes les églises.

LIMBURGEN. — Sacerdos Carolus Klein, sacrae theologiae doctor, ac Rev. episcopi Limburgen. caeremoniarum magister, quum animadverteret in Caeremoniale episcoporum sa. me. Benedicti XIV jussu edito, *lib.* II, *cap.* II, praescribi : « Si sermo habendus erit in laudem defuncti, pro quo missa celebratur, tunc ea finita, ante absolutionem accedat sermocinaturus vestibus nigris indutus sine cotta et facta oratione ante medium altaris, nulla petita benedictione ab episcopo, sed facta ei profunda reverentia vel genuflexione, pro qualitate personae, ascendat pulpitum panno nigro coopertum, ubi facta iterum episcopo reverentia, signans se signo crucis facit sermonem : » ut ab hac Caeremonialis praescriptione quaecumque ambigua interpretatio amoveatur, Sac. Rit. Congreg. enixe rogavit ut declarare dignaretur :

1. An praenotatis verbis Caeremonialis *vestibus nigris* etiam stola comprehendatur, ita ut sermocinaturus in laudem defuncti (extra Urbem) stola super veste talari, vel alia dignitati suae competenti, indui debeat ?

2. An laudata dispositio Caeremonialis in Ecclesiis cathedralibus tantum, an etiam in aliis omnibus, episcopo absente, servari debeat ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit : Ad 1. Negative. Ad 2. In omnibus ecclesiis servandam. Die 14 Junii 1845.

25. Si la coutume le veut, les prêtres peuvent, aux processions du Saint-Sacrement, porter l'étole ; les bénéficiers, l'aube ; les chanoines, le rochet et la chasuble ; personne ne doit prendre le manipule.

SYRACUSANA. — Dum Reverendissimus Syracusan. archiepiscopus perspexit usum inter clerum sibi commissum vigentem, videlicet

accedendi ad solemnem supplicationem Corporis Christi cum sacris vestibus, nimirum casula, stola et manipulo, illico deprehendit id omnino adversari ecclesiasticis sanctionibus ac Caeremoniali episcoporum. Verum ad evitandas controversias maluit Sacram hanc Congregationem Rituum humillimis adire precibus, enixeque rogare ut declarare dignaretur num in pervetusta ac pene immemorabili exposita consuetudine clerum ipsum relinquere possit, vel potius eumdem adigere debeat ad assumendam casulam tantum absque stola et manipulo ? Et Sacra ipsa Congregatio, ad Quirinale in hodierno ordinario coetu coadunata, post auditam a secretario fidelem relationem, et diligens super expositis institutum examen, rescribendum censuit : Quoad usum stolae in casu relinqui posse arbitrio ex consuetudine ; albam permittendam beneficiatis, non canonicis qui uti debent rochetto et casula ; manipulum vero omnino inhibendum juxta rubricas. Die 22 Julii 1848.

Dans les processions chaque paroisse marche sous sa croix, l'église matrice est la dernière. L'archiprêtre de l'église matrice, présidant la cérémonie, est revêtu de l'étole, qu'il ne quitte pas pour entrer dans une église autre que la sienne ; il la garde jusqu'à la fin de la cérémonie qu'il préside.

TERRACINEN. — 1. An in processionibus, in quibus intersunt tam parochus et beneficiati S. Michaëlis Archangeli, quam archipresbyter et canonici ecclesiae S. Mariae matricis, praecedere simultanee debeant duo cruces utriusque ecclesiae, et post eas simultanee etiam utriusque capitulares ? Et quatenus negative, an parochus et beneficiati S. Michaëlis Archangeli incedere priores debeant post propriam crucem, quatenus incedere nolint post unicam crucem matricis ipsius, ita ut hujus archipresbyter et canonici velut digniores incedant postremi in casu, etc. ?

2. An in prima Rogationum processione, quae aeque ac secunda et tertia egreditur ab ecclesia matrice, et in qua ejus archipresbyter, stola amictus, preces egrediendo praecinit et agris deinde benedicit, debeant preces eaedem ab ipsomet archipresbytero absolvi in ecclesia beneficiata S. Michaëlis Archangeli, in qua dicta prior processio confici solet, seu potius ab eodem archipresbytero deponenda sit stola in actu ingressus ad ecclesiam eamdem, ad hoc ut parochus S. Michaëlis Archangeli ipsas absolvat preces et sacrae huic functioni finem imponat in casu, etc. ?

3. An in secunda dictarum Rogationum processione, quae aeque ac prior et tertia egreditur ab ecclesia matrice, et cujus archipresbyter

preces pariter egrediendo praecinit agrisque benedicit, debeant ab eo absolvi preces in ecclesia S. Nicolai, seu potius, deposita ab ipso stola, continuandae in ea absolvendaeque sint preces, et finis sacrae functioni imponendus ab aliquo ex patribus conventualibus, et in eorum defectu, a parocho dictae beneficiatae ecclesiae S. Michaëlis Archangeli in casu, etc. ?

S. R. C. respondit : Ad 1. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Ad 2. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Ad 3. Ut ad proximum. Die 27 Martii 1802.

Iterum proposita causa in Congregatione ordinaria diei 11 Septembris 1802, sub dubio : An sit standum vel recedendum a decisis sub die 27 praeteriti Martii tam quoad primum, quam quoad secundum et tertium dubium in casu, etc. ? Sac. Congregatio respondit : Quoad primum servetur solitum, juxta modum, dummodo cruces procedant una post aliam, pariterque capitula.

Tertio tandem reintegrata quaestione sub dubiis :

1. An sit standum vel recedendum a decisis sub die 11 Septembris 1802, in casu, etc. ?

2. An sit standum decisis sub diebus 27 Martii et 11 Septembris 1802, in casu, etc. ?

3. An sit recedendum a decisis sub diebus 27 Martii et 11 Septembris 1802, in casu, etc. ?

Et Sacra Congregatio, sub die 22 Januarii 1803, respondit : In secundo loco decisis, et amplius.

Un chapelain, substitut du prévôt, ne peut, le prévôt présent, porter l'étole, mais seulement en son absence.

MACERATEN. — Relata per card. Azzolinum controversia inter archipresbyterum ecclesiae sancti Andreae Montis Milonis, Maceraten. dioecesis, et cappellanum substitutum praepositi matricis ecclesiae S. Blasii, dignioris presbyteri ejusdem terrae, qui, ratione dictae cappellaniae loco ejusdem praepositi ad ipsum in processionibus presbyteri partes explere et stolae delationem spectare praesumebat.

Et S. R. C. declaravit : Cappellano praedicto, in casu de quo agitur, stolae delationem non competere, sed nolente praeposito, ad archipresbyterum S. Andreae pertinere. Die 13 Julii 1658.

MACERATEN. — Rursus relata in S. R. C. controversia inter archipresbyterum S. Andreae Montis Milonis, Maceraten. dioecesis, et cappellanum substitutum a praeposito matricis ecclesiae S. Blasii, cuinam ipsorum in processionibus generalibus inibi peragi solitis pres-

byteri partes explere et stolam deferre competat in locum praepositi ?
Eadem S. C., visis partium juribus illisque plene examinatis atque discussis, censuit : Standum esse in decretis die 13 Julii proxime praeteriti, nempe, non competere cappellano substituto praepositi in casu praedicto stolae delationem, quandocumque praepositus ipse praefatis processionibus interveniat et sit praesens ; cum vero praepositus idem absens et legitima causa fuerit impeditus, non ad archipresbyterum, sed ad dictum cappellanum praepositi munia explere et stolam deferre spectare declaravit. Et ita omnino servari mandavit. Die 7 Septembris 1658.

Dans les localités où il y a deux paroisses, si les deux curés sont réunis pour une fonction ecclésiastique, ils peuvent tous les deux porter l'étole. Pour les convois funèbres ou les processions, le curé qui les préside peut porter l'étole, même lorsqu'il passe sur le territoire de la paroisse voisine.

SPOLETANA. — Pro parte et ad instantiam Felicis Tosii, parochi S. Andreae de Caesis, dioecesis Spoletanae, supplicatum fuit a S. R. C. declarari : Utrum in dicta terra Caesarum, ubi adsunt duo parochiae, convenientes parochi ad aliam functionem ecclesiasticam, verb. gr. funeris seu processionis, possint ambo in eadem functione deferre stolam, nec ab ullo possit eisdem prohiberi, neque a parocho per cujus parochiam fit transitus ? Et eadem S. C. respondit : Non posse prohiberi. Et ita declaravit. Hac die 2 Octobris 1683.

Dans les processions générales, soit d'obligation, soit commandées pour une nécessité commune, les curés, en présence du chapitre, peuvent porter l'étole.

S. SEVERI. — An in processionibus generalibus et obligationis, aliisque communi causa indicendis, interessente capitulo, archipresbyteri deferre possint stolam, seu potius eadem stola uti debeant in processionibus tantum in quibus capitulum paratum incedit, in casu, etc. ? S. R. C. resp. : Affirmative ad primam partem, negative ad secundam (1756).

Aux processions mensuelles de sainte Monique et du Rosaire, les Augustins sont autorisés à faire porter les saintes reliques par un prêtre avec l'étole et le pluvial, non avec l'étole seule.

SENOGALLIEN. — An in processionibus menstruis S. Monicae et

Rosarii, quae a fratribus Augustinianis fiunt, juxta praescriptum hujus S. C. sub die 4 Augusti 1675, liceat sacerdoti ejusdem ordinis, deferenti crucem cum sacris reliquiis, incedere indutus stola et pluviali? S. R. C. resp. : Licere sacerdoti Augustiniano deferenti reliquias in omnibus processionibus, in quibus non intervenit clerus saecularis, incedere cum stola et pluviali, non autem cum stola tantum. Die 22 Junii 1675.

26. On ne doit porter l'étole que dans l'administration ou la confection des sacrements ; ni l'hebdomadier, ni l'archiprêtre ne doivent donc l'avoir pour le chant de l'office divin.

ALEXANEN. — An in ecclesia parochiali Castriniani, Alexanen. dioecesis, hebdomadarius possit uti stola in canendis divinis officiis, quamvis archipresbyter ejusdem ecclesiae iis assistens illam deferre consueverit ?

Et S. R. Cong. respondit : Neutri licere in casu praedicto deferre stolam, quae tantum in sacramentorum administratione et confectione adhiberi debet. Die 7 Septembris 1658.

DALMATIARUM. — Utrum hebdomadarius debeat semper in choro uti stola, vel absque ea peragere sua officia, Caeremoniale enim episcoporum nihil de stola mentionem facit in decantandis horis canonicis? S. R. C. resp. : Non debent uti stola (1663).

VERONEN. — Relata in S. R. C. instantia collegii ecclesiasticorum et saecularium S. Crucis in oratorio ecclesiae collegiatae S. Zenonis erecto, civitatis Veronen., pro concessione delationis stolae a sacerdotibus..., in functionibus publicis peragendis eadem S. C. censuit : Rejecta instantia quoad stolam. Die 15 Septembris 1691.

ORITANA. — Reverendissime Domine uti frater, per recursum apud Sacrorum Rituum Congregationem nuperrime habitum a sacerdotibus una et canonicis collegiatae ecclesiae oppidi Francavilla nuncupati, istius Oritanae dioecesis, scilicet Dominico Forleo cantore, et Emanuele Forleo capituli procuratore, eidem innotuit archipresbyterum, vel ejus substitutos in choro tempore divini officii uti stola, quod maxime vetitum est ne fiat decretis ejusdem Sacrae Congregationis, praesertim in generali diei 7 mense Septembris anno 1816 lato, atque a sa : me : Pio papa VII sua auctoritate et confirmatione roborato, quo mandatur omnibus hebdomadariis, archipresbyteris, aliisque ne possint uti stola in canendis divinis officiis, sed tantum in sacramentorum confectione et administratione, et contraria consue-

tudo declaratur abusus per locorum ordinarium omnino eliminanda; item in una Volaterrana, sub die 16 mense Decembris anno 1828, proposito sequenti dubio : An decreta prohibentia delationem stolae ab hebdomadario assistente horis canonicis, comprehendat etiam tertiam cantatam solemniter cum ministris et vesperas solemnes ? Sacra Congregatio rescripsit : « Serventur decreta, ac praesertim generale novissimum diei 7 mensis Septembris anni 1816, in quo comprehenditur etiam casus propositus ». Ea propter Sacra Congregatio, hac die ordinariis in comitiis apud Vaticanas aedes coadunata, audita relatione a R. P. D. secretario facta, satius duxit mandare, ut Amplitudini tuae scriberetur et significaretur hoc non licere juxta alias decreta, ac pro suo munere provideret, ne in choro deferatur stola ab archipresbytero recensito aut aliis quibuscumque; quae certe consuetudo seu declaratus abusus viget passim in hac Oritana dioecesi, atque etiam in choro ipsius cathedralis, sicut a testibus fide dignis accepit eadem Sacra Congr. permultis in circumstantiis. Ne ulterius itaque transgressioni legis aditus pateat in universa hac dioecesi, curet Amplitudo tua, ad tramites decreti generalis, quod omnes indiscriminatim adstringit, mandare ut in choro tempore divini officii stola amplius non appareat, neque ab ullo sub quovis praetextu deferatur. Et Amplitudo tua diu felix et incolumis vivat. Die 14 Junii 1845.

27. Il n'y a pas d'exception pour les vêpres, même solennelles et malgré la coutume contraire : ainsi est condamnée la pratique gallicane, qui y voit un signe de prééminence.

VELITERNA. — An decreta prohibentia delationem stolae ab hebdomadario assistente horis canonicis, comprehendant etiam tertiam cantatam solemniter cum ministris et vesperas solemnes ? S. R. C. resp. : Serventur decreta, ac praesertim generale novissimum diei 7 Septembris 1816, in quo comprehenditur etiam casus expositus (1828).

BITUNTINA. — Le vicaire capitulaire de Bitonto demande l'autorisation de continuer un ancien usage, en vertu duquel le célébrant prend au chœur l'étole pour entonner l'office et la garde pendant tout le temps qu'on le récite.

Sacra autem Rituum Congregatio rescribendum censuit : Negative et servetur decretum in Alexanen. diei 7 Septembris 1658, et in una Dalmatiarum diei 7 Augusti 1663. Die 16 Martii 1833.

VERONEN. — Num celebrans, ubi non est obligatio chori, in vesperis festivis vel votivis possit stolam induere, quum sit veluti

praeeminentiae signum in choro, maxime in ecclesiis ruralibus ? S. R. C. resp. : Negative, juxta alias decreta (1847).

VERONEN. — An retineri possit immemorabilis consuetudo dioecesis Veronen., quae etiam in aliis finitimis viget, quod in vesperis festivis et matutinis tenebrarum celebrans utatur stola, non obstantibus decretis id prohibentibus ? S. R. C. resp. : Eliminandam consuetudinem veluti decretis oppositam, praesertim in Alexanen. diei 7 Septembris 1658, in Dalmatiarum 4 Augusti 1663, ad dubium III, in Nullius Farfen., die 7 Septembris 1816, unde decretum generale prodiit die 26 Aprilis 1834, in Bituntin. 16 Martii 1833 (1850).

TEMPLEN. — An canonico celebranti in vesperis solemnibus liceat amictum et stolam sub pluviali referre ? — S. R. C. resp. : Negative. Die 12 Jan. 1878.

Le curé ne doit pas prendre l'étole pour les vêpres, alors même qu'il aurait le pluvial ou qu'après les vêpres il prêcherait, ou présiderait une procession, ou donnerait la bénédiction du Saint-Sacrement.

MAURIANEN. — Parochus ecclesiae dictae *Valloires*, in dioecesi Maurianensi, exposuit huic Sanctae Sedi Apostolicae, quod in omnibus diebus dominicis et festivis ibi vesperae decantantur cum totius paroeciae populi concursu, annuntiatur Verbum Dei, fiunt aliquando processiones, ac saepissime benedictio cum Sanctissimo Sacramento elargitur. Quum autem in hujusmodi vesperis sacerdos celebrans, ab immemorabili, ut dicitur, tempore sine pluviali stolam superpelliceo imponere consueverit, orator ab eadem Sancta Sede postulavit ut declarare dignaretur : 1. An servari possit usus stolam deferendi ? 2. Quid si annuntietur verbum Dei in vesperis ? 3. Quid si deferatur pluviale ? 4. Quid si in fine fiat processio, vel elargiatur benedictio cum Sanctissimo Sacramento ? Sacra Rituum Congregatio respondendum censuit : Negative in omnibus et serventur decreta, ac praesertim generale diei 7 Septembris 1816. Die 9 Maii 1857.

28. Il n'est pas nécessaire de prendre l'étole pour dire en particulier un répons pour les défunts.

ANGELORUM. — An assumenda omnino sit stola ad private dicendum responsum pro defunctis ? S. R. C. resp. : Negative (1847).

La levée du corps se fait par le curé, vêtu du surplis et de l'étole noire, ou du pluvial de même couleur.

Parochus, induto superpelliceo et stola nigra, vel etiam pluviali ejusdem coloris,... ad domum defuncti... procedit (*Rit. Rom.*).

L'évêque ne peut s'y opposer, car telle est la règle du Cérémonial et du Rituel.

ALEXANEN. — Archipresbyter Castrignani S. R. C. exposuit. episcopum decreto synodali praecepisse, ut in ecclesiis parochialibus primae et secundae vesperae in solemnioribus festivitatibus cum assistentia duorum ministrorum cum tunicella et dalmatica cantentur : et extra administrationem sacramentorum, ne parochi et rectores in funeralibus suis, in processionibus stolam adhibeant. Et S. C. ad ordinarium scribi *mandavit*, quod Caeremoniale et Rituale servari curet. Die 2 Julii 1661.

Ce serait un abus, même en vertu de la coutume, de prendre l'étole seulement dans la maison du défunt et de la déposer ensuite pour la conduite du corps à l'église.

SURRENTINA. — An attendenda sit consuetudo, quod decanus, cui incumbit cura animarum Ecclesiae cathedralis, in deducendis funeribus stolam assumat in domo defuncti, et mox exiens deponat illam, et sine stola procedat ? Et S. R. C. mandavit : Servari Rituale, et contrariam consuetudinem uti abusum rejici. Die 21 Februarii 1643.

Le curé peut prendre l'étole et la chape noire pour la levée du corps ; et lorsqu'il est à l'église, il peut les garder pour l'office qui suit, matines ou vêpres, si la sépulture a lieu le soir.

BRIOCEN. — Utrum parochus pro deferendo cadavere in ecclesiam possit accipere stolam et pluviale nigri coloris ? Utrum in exequiis sacerdos qui stolam vel etiam pluviale nigri coloris assumpserit pro deferendo cadavere in ecclesiam, possit stolam vel pluviale nigri coloris retinere ad canendum nocturnum officii mortuorum, aut vesperas mortuorum, si in casu necessitatis exequiae vespere fiant, quum immediate cantantur ? S. R. C. resp. : Posse (1851).

Aux matines et vêpres des défunts, l'officiant peut prendre l'étole sur le surplis, ainsi qu'on le voit au *Cérémonial des évêques*, livre II, chap. x, n. 10 ; il le pourrait même en présence de l'évêque, comme il est marqué au même endroit du Cérémonial : « Canonicus hebdomadarius, paratus pluviali nigro

supra rochettum vel cottam, aut saltem stola nigra, faceret au diceret omnia praedicta. »

Cette règle s'applique à ce seul cas.

VERONEN. — An in officio defunctorum celebrans induere debeat stolam, vel saltem possit, uti erui posse videtur ex lib. II, cap. x, Caeremonialis episcoporum ? S. R. C. resp. : Negative, extra casum in Caeremoniali contemplatum (1800).

L'archiprêtre de la cathédrale peut, dans les convois funèbres et autres processions, entrer dans une église paroissiale avec l'étole ; il n'est pas obligé de la quitter à la porte de l'église.

SUTRINA. -- An liceat archipresbytero cathedralis in associatione cadaverum aliisque processionibus ingredi ecclesiam parochialem cum stola, an vero debeat illam in janua deponere ? S. R. C resp. : Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Die 28 Aprilis 1703.

Le curé d'une cathédrale ne peut, lorsqu'il doit assister à une sépulture dans une église différente de la sienne, y faire élever sa croix, et y porter l'étole, lors même que son évêque l'y aurait autorisé.

FOROLIVIEN. — 1. An licuerit parocho Ecclesiae cathedralis Forolivii, invitato ad associationem cadaveris sepeliendi in ecclesia parochiali defuncti, elevare crucem et deferre stolam, in casu, etc. ?

2. An substineatur decretum episcopi Forolivien. ?

Et S. R. C., parocho dictae cathedralis non solum pluries citato, sed hujusmodi controversiae se minime opponere declarante, respondendum censuit : Ad 1 et 2. Negative. Et ita declaravit ac servari mandavit. Die 21 Aprilis 1714.

Ce décret étant en contradiction avec le précédent, il y a lieu dans la pratique de s'en tenir au plus récent en date.

Si un chanoine curé veut, en qualité de curé, assister à un convoi funèbre, il doit, revêtu de l'étole, se placer entre les prêtres et les chanoines. Si, au contraire, il veut y assister comme chanoine, il prend la place que lui assigne la date de sa réception ; l'étole est portée par le plus digne du chapitre.

ALIPHANA. — An canonicus cathedralis, cui fuerit commissa

cura animarum, debeat, uti parochus, stola amictus, praecedere canonicos, aut stare et sedere in loco suae receptionis sine stola, illamque potius deferri a prima dignitate aut canonico ?

Et S. R. C. respondit : Quod canonicus, cui collata est cura animarum, si velit incedere in funeribus cum stola et gerere personam parochi, locum non habet inter canonicos, sed incedere debet uti parochus ante capitulum cathedralis post caeteros presbyteros. Si autem velit interesse uti canonicus, stare debet loco suae receptionis, sed sine stola, deferenda hoc casu per digniorem de capitulo. Et ita declaravit et servari mandavit. Die 24 Novembris 1601.

Lorsque le chapitre assiste à la sépulture d'une personne qui n'est pas de la paroisse du chapitre, c'est au curé du défunt à porter l'étole et à célébrer l'office.

TIBURTINA. — 1. An interveniente capitulo Ecclesiae cathedralis pro simplicis funeris associatione, absque ullo titulo parochialitatis, spectet etiam ad primam dignitatem stolam nigram deferre, seu potius privative ad solum parochum domicilii defuncti hominis, in casu, etc. ?

2. An in ecclesiam restituto funere, in qua capitulum nullam habet parochialem jurisdictionem, ad primam capituli dignitatem spectet funeris officium peragere seu exequias celebrare cadaveris sibi non subjecti ; sive potius ad parochum, intra cujus paroeciae fines sita est ecclesia, in qua cadaver eidem parocho ratione domicilii subjectum, est tumulandum, in casu, etc. ?

S. R.C. respondit : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Die 22 Januarii 1803.

Ceux-là seulement qui sont invités doivent assister aux sépultures ; si quelques chanoines veulent se joindre au convoi funèbre, ils ne doivent ni porter l'habit canonial, ni marcher sous leur croix, mais revêtus de leur costume ordinaire, suivre le deuil.

CAMERINEN. — Commissarius Minorum observantium reformatorum in Romana curia conquestus est de canonicis collegiatae ecclesiae terrae Mathelicae, volentibus associare cadavera defunctorum, quae tumulari debent in ecclesia suorum regularium, etiam non vocatis, cum cruce capituli, in praejudicium crucis ipsorum regularium, supplicans responderi : An hoc eis liceat ? Et S. R. C., juxta alias resoluta, respondit : In associandis cadaveribus processionaliter, nonnisi

vocatos ad funus intervenire debere, et ideo capitulum collegiatae ecclesiae, in casu proposito, non vocatum abstinere debere. Quod si canonici, sponte et bono zelo impulsi, funus associare velint, non in habitu canonicali, neque collegialiter cum propria cruce, sed in eorum habitu ordinario, uti singuli post feretrum sequi debere. Et ita declaravit. Die 11 Novembris 1641.

La S. C. du Concile a jugé cette question : « Le curé d'une paroisse peut-il porter l'étole ou élever la croix de son église dans les processions et les funérailles qui doivent parcourir les limites de la paroisse d'un autre curé ? » dans le sens de la coutume, parce que le port de l'étole doit être considéré, d'après deux décrets de 1824, *in Veliterna* et de 1859, *in Portus Aloysii*, non comme le signe exclusif de la juridiction, mais comme le complément de l'habit sacerdotal ou comme l'habit propre de la condition de curé.

ADJACEN. — An parochus S. Mariae elevare valeat crucem et deferre stolam in processionibus communibus et funeribus infra limites paroeciae in casu ? — S. R. C. resp. : Servandam esse consuetudinem vigentem in loco. 19 Sept. 1885.

Aux sépultures, celui qui remplace le curé, qu'il soit mansionnaire ou autre, doit porter l'étole.

PATAVINA. — An in funerum associatione mansionarii curati, vel alii pro iis, stolam deferre debeant, quam non gestant ? S. R. C. resp. : Affirmative ad formam Ritualis, sed unus tantum, qui vices parochi gerat (1847).

Le vicaire-curé a le pas sur les mansionnaires en corps, qui sont d'ordre inférieur relativement au chapitre.

ARIMINEN. — Delatis ad S. R. C. controversiis verten. inter mansionarios Ecclesiae cathedralis Ariminen. ex una et Martinum Ugolinum, vicarium curatum dictae Ecclesiae ex altera partibus, super jure praecedendi in associatione cadaverum, eo quod praetendant illi collegialiter accedentes, non intervenientibus tamen capitulariter canonicis, praecedentiam sibi deberi praelative ad vicarium curatum in absolutione et associatione cadaverum de parochia Ecclesiae cathedralis tumulandorum in dicta ecclesia vel in alia ; super quibus Emus et Rmus D. card. Gotti infrascriptum dubium inter partes concorda-

tum declarandum proposuit : An, canonicis capitulariter non intervenientibus, gestatio stolae et praecedentia in associatione et in absolutione cadaverum de parochia Ecclesiae cathedralis Ariminen. tumulandorum in dicta vel in alia ecclesia, debeatur alicui ex mansionariis collegialiter accedentibus, vel potius vicario curato amovibili ejusdem cathedralis in casu etc. ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit : Negative ad primam, et affirmative ad secundam dubii partem, et amplius. Die 5 Maii 1736.

L'office funèbre revient de droit au curé et la famille du défunt n'a pas le pouvoir d'inviter un chanoine ou autre prêtre à faire la fonction, malgré le curé.

ROSSANEN. — S. R. C. declaravit : Non licere haeredibus defuncti vocare aliquam dignitatem vel canonicum aut presbyterum sibi visos, ad peragendas functiones cum stola super cadaveribus, invitis et contradicentibus dictis parochis. Hac die 21 Januarii 1673.

Dans les convois funèbres, le curé qui préside la sépulture doit seul porter l'étole.

AMERINA. — An omnibus dictis parochis, sive potius parocho tumulanti tantum, absente capitulo, competat usus stolae, occasione qua funus ducitur ad dictam cathedralem, sive aliam ecclesiam in transitu per parochiam prioris dictae cathedralis, et in eadem cathedralis in casu, etc. ? S. R. C. resp. : Usum stolae competere parocho tumulanti tantum (1763).

L'étole est alors le signe de la juridiction du curé sur le cadavre de son paroissien, ainsi qu'on l'observe à Rome.

SULMONEN. — Ad sedandam controversiam abortam inter rectores curatos parochialium ecclesiarum et inter canonicos et archipresbyteros cathedralis Sulmonen. civitatis super praerogativa deferendi stolam et pluviale ac praecedendi in itinerario, cum ad dictas parochiales ecclesias cadavera afferuntur ; C. S. R. censuit : In processione funebri, ubi cadaver defertur, dictos canonicos et capitulum cathedralis Ecclesiae Sulmonen. praecedere debere et parochum deferre stolam, tamquam suae in cadaver illud jurisdictionis signum, quemadmodum et Romae servatur. Die 2 Decembris 1592.

Si l'archiprêtre, sans le chapitre, assiste à un convoi funèbre, c'est au curé, qui porte l'étole, à présider.

An, interveniente solo archipresbytero ad funus associandum, et altero curato stolam deferente, cui danda sit per viam praecedentia ? S. R. C. resp. : Curato habenti stolam (1690).

Le clergé, tant séculier que régulier, marche alors avant le curé, conformément au Rituel, qui accorde la préséance au curé, à cause de sa fonction.

Mox ordinatur processio, praecedentibus laicorum confraternitatibus, si adsint ; tum sequitur clerus regularis et saecularis per ordinem..., parocho praecedente feretrum (*Rit. Rom.*).

FERENTINA. — Abbatibus et curatis civitatis Ferentinae, instantibus pro observatione Ritualis Romani, a quo firmatur parochum stola redimitum immediate defunctorum cadavera praecedere debere, et ultimo ac digniori loco post utrumque clerum saecularem et regularem incedere oportere.

S. R. C. respondit : Omnino servandam esse dispositionem Ritualis Romani. Die 22 Augusti 1654.

Le curé, même en présence du chapitre, conserve son droit inaliénable de faire la levée du corps et de porter l'étole, mais il n'a pas la préséance sur le chapitre, devant lequel il doit marcher, malgré toute coutume contraire. D'autres décrets affirmant le contraire, il ne faut voir ici qu'un cas particulier.

BENEVENTANA. — Rector S. Donati parochialis ecclesiae, asserens se esse in possessione in associandis cadaveribus defunctorum incedendi cum stola ante feretrum, etiam quod interveniat capitulum cathedralis, post omnes de capitulo, supplicavit manuteneri. Et S. R. C. respondit juxta alias etc. : Praecedentiam deberi capitulo et canonicis Ecclesiae cathedralis supra proprium parochum deferentem stolam, non obstante contraria consuetudine. Die 10 Junii 1638.

AVERSANA. — Capitulo interveniente, ut supra, parochum defuncti, etiam quod sit stola indutus, incedere debere ante canonicos cathedralis (1672).

Dato, quod capitulum canonicorum interesset alicui funerali, seu officio a mortuis etc., an spectet ad parochorum collegium seu parochorum hebdomadarium officium peragere et functiones super cadavere exercere, nec non stolam privative deferre ac capitulo praecedere ?

Et eadem Sac. R. Congregatio, visis et auditis juribus hinc inde

deductis ab utraque parte informante, ad supradicta dubia respondit, ut infra :

Ad 1. Spectare ad parochos in casu, de quo agitur.

Ad 2. Spectare ad parochum officium facere et stolam deferre. Quo vero ad praecedentiam, dilata. Et ita declaravit. Hac die 11 Martii 1684.

ARIMINEN. — An liceat parocho deferre stolam in casu proposito ? Et S. R. C. respondit : Licere parocho deferre stolam, praesente capitulo. Et ita declaravit. Die 15 Septembris 1685.

VENAFRANA. — An parochi civitatis stolam deferentes in processionibus funerum, etiam in districtu propriarum ecclesiarum, possint praecedere capitulum et dignitates cathedralis processionaliter cum cruce et collegialiter incedentes ?

Et S. R. C., audita relatione episcopi, cui scriptum fuit pro informatione, respondit : *In omnibus negative.* Die 17 Decembris 1695.

Le curé d'une paroisse peut, aux funérailles et autres processions, porter l'étole à la cathédrale et l'archiprêtre de la cathédrale à son tour, peut entrer avec l'étole dans une église paroissiale, sans être tenu de la déposer à la porte.

SUTRINA. — Contendente rectore ecclesiae parochialis S. Silvestri civitatis Sutrinae, in funeribus sui parochiani, in processionibus et aliis functionibus ecclesiasticis, praesentibus capitulo et archipresbytero Ecclesiae cathedralis ejusdem civitatis, sibi competere nonnullas praeeminentias. Hinc super eisdem controversiis exortis, capitulum una cum archipresbytero pro declaratione infrascriptorum dubiorum humiliter supplicavit :

An liceat dicto parocho, occasione processionum, discedere a sua parochia, accedere et transire per parochiam cathedralem cum stola et cruce erecta, et simili modo redire ad suam parochiam ; vel potius debeat in cathedrali erigere et deponere crucem et stolam ?

An liceat archipresbytero cathedralis in associatione cadaverum aliisque processionibus ingredi ecclesiam parochialem cum stola ; an vero debeat illam in janua deponere ?

S. R. C. resp. : Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Die 28 Aprilis 1703.

Si le curé est chanoine surnuméraire, il marche avec l'étole devant le cercueil, le chapitre présent, et au chœur a la première place, comme hebdomadier.

PITILIANEN. et *SOANEN.*— An in funeribus, facta ab haeredibus electione, dum orator uti parochus advocat ad funus capitulum cathedralis, possit praecedentiam habere incedendo cum stola ante feretrum locumque in stallo supra capitulum assumere, cujus ipse est canonicus supranumerarius ? S. R. C. resp. : Affirmative, in associatione cadaverum : in officio pariter affirmative, si hebdomadarii munus exerceat. Die 22 Julii 1848.

29. Un certain nombre de décrets concernent exclusivement les réguliers. Les voici dans l'ordre chronologique.

Le curé régulier, portant l'étole, a le pas sur les chanoines réguliers, moines et religieux.

LUCANA. — Religiosi Matris Dei Lucanae civitatis, exponentes se, juxta eorum privilegia et ordinationes, non ire ad processiones, neque ad mortuos, sed unum ex eis habentem ecclesiam curatam et parochialem associare suos mortuos cum stola, cotta, cruce, et nonnullis presbyteris saecularibus, cui, cum praedictis presbyteris volunt canonici regulares, monachi et alii religiosi praecedere ; unde supplicarunt servari id quod fit in Urbe. Et S. R. C. respondit : Dictum parochum cum cotta, stola, cruce parochiali, et presbyteris saecularibus eumdem praecedere debere. Die 12 Decembris 1626.

Le curé régulier porte l'étole pour la sépulture qui se fait dans son église, même en passant sur la paroisse du défunt.

ASCULANA. — Monachi Olivetani civitatis Asculi supplicarunt responderi, licere eorum parocho deferre stolam per parochiam defuncti sepeliendi in ipsorum ecclesia. Et Sacra Rit. Congregatio respondit : Licere. Die 30 Septembris 1628.

C'est au curé qu'appartient le droit de conduire le corps à une église de réguliers, avec l'étole :

CUSENTINA. — An jus deferendi stolam in associandis cadaveribus sepeliendis in ecclesiis regularium, spectet ad curatum cadaveris, vel ad unum ex regularibus, ad quorum ecclesiam defertur ? S. R. C. respondit : Ad curatum. 24 Jan. 1665.

Un gardien de couvent ne peut, malgré le curé, porter l'étole sur sa paroisse ; au contraire, un curé séculier, lorsque existe une coutume immémoriale, peut, malgré les réguliers, assister à l'office dans leur église, avec l'étole, le corps présent.

MONTIS POLITIANI. — S. R. C. declaravit : Guardiano conventus S. Francisci de observantia Fontis Castelli non licere, invitis curatis saecularibus, deferre per eorum parochias superpelliceum et stolam ; et e converso parochos saeculares, stante immemorabili consuetudine, posse, invitis regularibus, in ipsorum ecclesiis cum superpelliceo et stola simpliciter assistere officio, quod ab iisdem regularibus decantatur, cadaveribus defunctorum praesentibus. Die 21 Nov. 1665.

Le curé, lorsqu'une sépulture doit avoir lieu dans l'église des réguliers, ne peut entrer dans cette église avec la croix, l'étole et le surplis, à moins qu'il n'y soit autorisé par une coutume immémoriale, formellement et légitimement prouvée par lui ; alors il lui est interdit de faire l'office ou toute autre fonction.

AMALPHITANA. — An possit praecludi aditus parocho processionaliter cum cruce, stola et superpelliceo ingrediendi ecclesias regularium, quando cadavera in eorum ecclesiis sepeliuntur, comitando tantummodo defunctum ? S. R. C. respondit : Non licere parocho, et posse impediri, nisi adsit contraria consuetudo immemorabilis, formiter et legitime probanda (1677).

An parochus ingredi possit ecclesias regularium cum stola et cruce, ibique officium et functiones peragere ? S. R. C. resp. : Negative (1698).

Le curé conduisant un corps doit quitter l'étole pour entrer dans l'église des réguliers, selon la S. C. des Evêques et Réguliers.

ARETINA. — Licet ne parocho ingredi regularium ecclesias cum stola ? S. C. Episc. et Regul. rescripsit : In casu de quo agitur non posse. 22 Sept. 1686.

Ici est apposée une restriction relativement à la croix. Pour la sépulture de leurs paroissiens, les curés peuvent entrer dans les églises des religieux avec l'étole, mais non avec la croix.

MANTUANA. — Super controversiis inter parochos et patres Theatinos, nonnullosque alios regulares civitatis Mantuae in associatione cadaverum exortis infrascriptis dubiis, nempe :

1. An liceat parochis in associatione cadaverum suorum parochianorum ingredi ecclesias regularium, etc.? Et quatenus affirmative,

2. An liceat ingredi cum stola et superpelliceo et cruce erecta, ita tamen, quod in absolutione funeris sola adhibeatur crux ecclesiae tumulantis ?

S. eadem R. C. respondit : Ad 1 et 2. Affirmative, absque tamen facultate deferendi crucem intra ecclesiam. Et ita declaravit et servari mandavit. Die 30 mensis Maii 1699.

Le régulier qui a arraché violemment l'étole au chapelain de l'archiprêtre de Budrio, diocèse de Bologne, conduisant le corps dans l'église des conventuels, encourt les censures canoniques.

S. C. Episcoporum et Regularium rescripsit : Datur facultas Eminentissimo archiepiscopo pro absolutione ad cautelam cum facultate substituendi et super reliquis S. C. advocat causam ad se. Die 26 Janarii 1684.

A l'occasion des funérailles, le curé peut porter l'étole dans l'église des religieux, pourvu qu'il ne fasse aucun office.

SPOLETANA. — Super relatione stolae occasione funerum inter patres minores conventuales et archipresbyterum terrae Vissi, Spoletanae dioecesis, orta controversia, propositoque ab Eminentissimo et Reverendissimo D. card. Gabriello super eadem in S. R. C. infrascripto dubio : An parocho terrae Vissi liceat deferre stolam in ecclesiis regularium occasione cadaverum ?

S. eadem R. C. respondendum censuit : Affirmative, dummodo super cadaveribus non peragat officium. Die 1 Julii 1702.

Le chapitre et le curé de la cathédrale réunis peuvent, à l'occasion d'une sépulture, entrer dans les églises des jésuites avec la croix et l'étole.

TUSCULANA. — Remissis ad S. R. C. ab Auditore Sanctissimi controversiis inter parochum et canonicos Ecclesiae cathedralis ex una, et patres Societatis Jesu civitatis Tusculi ex altera partibus, super ingressu ecclesiae regularium, occasione funerum cum stola et cruce, nuper exortis, super eisdem infrascripto dubio inter partes concordato ab Eminentissimo et Reverendissimo D. card. Gabriello proposito, videlicet : An liceat parocho et canonicis occasione funerum ingredi ecclesias patrum Societatis Jesu cum stola et cruce in casu, etc. ?

S. eadem R. C., tam in voce quam in scriptis partibus informantibus auditis, censuit respondendum : Affirmative unitim. Et ita decrevit et servari mandavit. Die 22 Augusti 1705.

Le chapitre d'une cathédrale peut entrer, la croix levée, dans une église de réguliers, mais non y faire un office funèbre.

Si le curé de la cathédrale était seul, sans le chapitre, il ne pourrait entrer avec l'étole et le surplis.

Les réguliers ne peuvent sans le consentement du curé, à moins que la coutume ne les y autorise, porter à leur église le corps des enfants au-dessous de sept ans, et alors ils ne doivent pas prendre l'étole.

ANDRIEN. — 6. An capitulum cathedralis, in associatione cadaverum tumulandorum in ecclesia S. Dominici, possit eam ingredi cum propria cruce erecta et facere funus supra cadaver ?

7. An parochus dictae cathedralis, associans solus dicta cadavera absque capitulo, possit dictam ecclesiam S. Dominici ingredi cum stola et superpelliceo ?

8. An patres dominicani possint asportare ad sepeliendum in eorum ecclesia cadavera parvulorum ante septennium, sine licentia parochi ?

9. An in dicta asportatione liceat dictis patribus deferre stolam, in casu, etc. ?

S. eadem R. C. respondendum censuit :

Ad 6. Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam.

Ad 7 et 9. Negative.

Ad 8. Negative, salvo jure probandi immemorabilem. Die 19 Julii 1710.

Le corps est conduit par le propre curé jusqu'à la porte de l'église où se fait la sépulture et là l'office se continue par le régulier, en cotta et étole ou avec le pluvial, parce qu'il est dans sa propre église, où le curé n'a pas de juridiction.

MEXICANA IN INDIIS OCCIDENTALIBUS. — Exposito a patribus Oratorii S. Philippi Nerii civitatis Mexicanae in Indiis Occidentalibus, eorum congregationem fuisse auctoritate ordinaria erectam, et postea a s. m. Innocentio XII confirmatam cum omnibus et singulis privilegiis ad instar congregationis S. Mariae in Vallicella et S. Gregorii de Urbe, ut ex brevi exhibito sub dat. 24 Decembris 1697. Cum autem in ecclesia dictorum patrum plures tumulari jusserint et jubeant, parochi in associandis ad eorum ecclesiam cadaveribus, parentalia et omne aliud quod in exequiis fieri solet, in ea peragere voluerint, ita ut patres praedicti pluries a recipiendis se abstinuerint et abstineant, et quando ab hoc se expedire non potuerunt, intrante parocho eorum ecclesiam, semper protestati fuerunt jurisdictionem ad se,

non ad illum spectare ; idcirco ad evitanda scandala, quae ex hoc oriri possunt, demisse S. R. C. supplicarunt, quatenus benigne declarare dignaretur : Quibus competat, parochis ne, an patribus in eorum ecclesia exequias persolvere ?

Et S. eadem C. respondendum censuit : Quando ecclesia tumulans est a parochiali diversa, ducto funere ad ecclesiam, non parochus, sed alius sacerdos ejusdem ecclesiae, ad quam cadaver delatum est, indutus cotta et stola, vel etiam pluviali nigri coloris, prosequatur officium a Rituali romano praescriptum ; et sic S. R. C. servandum esse censuit in ecclesia praedictorum patrum congregationis Oratorii S. Philippi Nerii in civitate Mexicana, sine tamen praejudicio jurium parochis competentium, ut possint, si velint, illa experiri in hac S. C. Die 3 Septembris 1746.

Dans les processions auxquelles assiste un curé religieux, celui-ci doit être placé après les curés séculiers ; il peut porter l'étole, si les autres curés la portent ; en l'absence des autres curés, c'est à lui, et non au vicaire d'un curé séculier, à présider la procession.

ASTEN. — Exorta inter patres S. Augustini congregationis Lombardiae ac P. rectorem ecclesiae parochialis S. Mariae de populo, oppidi Clarasci, dioecesis Asten. ex una, et praepositum S. Petri et parochos saeculares sanctorum Martini et Gregorii ejusdem oppidi ex altera partibus, controversia circa processiones et functiones ecclesiasticas peragendas, illaque ad S. R. C. delata, infrascripta dubia coram Eminentissimo et Reverendissimo D. card. Columna de Sciarra ponente concordata decidenda proposita fuerunt, nempe :

1. An rector regularis ecclesiae parochialis S. Mariae de populo oppido Clarasci, occasione generalium processionum aliarumque publicarum functionum, incedere debeat collegialiter ultimo loco in eodem ordine ac linea parochorum saecularium, seu potius debeat incedere solus et seorsim a parochis saecularibus in casu, etc. ?

2. An dicto rectori regulari ac plebano ecclesiae parochialis S. Gregorii dicti oppidi competat usus stolae in supradictis ecclesiasticis functionibus ac generalibus supplicationibus in casu, etc. ?

3. An, occasione earumdem supplicationum generalium publicarumque functionum ecclesiasticarum, deficientibus omnibus parochis saecularibus ac praeposito, jus peragendi functiones competat eidem rectori regulari, seu potius vice curato sive substituto praepositi in casu, etc. ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit :

Ad 1. Affirmative ad primam partem juxta modum. Negative ad secundam. Modus est : ut quatuor parochi incedant bini, et parochus regularis ad sinistrum latus plebani, quando omnes conveniunt; si vero tres tantum intererunt parochi, comprehenso parocho regulari, tunc omnes incedant in eodem ordine et linea, dummodo parochus regularis occupet ultimum locum, et amplius.

Ad 2. Affirmative, quatenus deferatur ab omnibus aliis parochis, et amplius.

Ad 3. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam, et amplius. Die 16 Februarii 1754.

30. Une dignité de chapitre ne peut prétendre, de ce chef, au port habituel de l'étole. La S. C. des Rites consultée l'autorise seulement pour les processions, avec cette restriction pour l'archidiacre que l'archiprêtre ne sera pas présent.

SYRACUSANA. **— Rev. D. Blasius Bellasai, archidiaconus ecclesiae collegiatae sub titulo Annuntiationis Deiparae in oppido vulgo Cosimo, inter limites archidioeceseos Syracusanae, quum a suo archiepiscopo fuerit prohibitus stolam deferre extra sacramentorum administrationem, S. R. C. adiit, humillime petens ut, attenta antecessorum suorum consuetudine, qui stolam semper tamquam insignia propriae dignitatis habuerint, in supradicta collegiata ecclesia, hujusmodi privilegium sibi suisque successoribus retinendum declararet. Sacra porro eadem Congregatio, audita sententia Rmi archiepiscopi Syracusani de reformatione et voto requisiti, ita declarare censuit : Attenta consuetudine, archidiaconum processionibus tantum utatur stola, si absit archipresbyter. Atque declaravit ac rescripsit. Die 26 Novembris 1878.**

L'étole est refusée à l'archiprêtre sur le costume canonial et pour l'assistance à un mariage qu'il ne célèbre pas.

VITERBIEN. **— 3. An archipresbyter vel canonicus in genere sacramenta poenitentiae, eucharistiae aliaque administraturus, tam in ecclesia collegiata quam extra, induere sibi possit choralia insignia, desuper imposita stola ? Et, quatenus negative, an superpelliceo et stola tantum in sacramentorum et sacramentalium omnium perfunctione rite uti teneatur ?**

4. An forsan uni archipresbytero, propter personam quam gerit parochi, liceat rochetto, mozzetta et stola induto, sacramenta in sua paroecia administrare ?

5. An uti valeat ea veste in benedictione domorum, quae fit in sabbato sancto ?

6. An in associatione funeris, sive in sua sive in aliena paroecia ?

7. An in associatione funeris, una cum toto collegio canonicorum ?

8. An in publicis supplicationibus, quum archipresbyter conjunctim cum capitulo incedit ?

9. An habitus ullus sit qui rite competat archipresbytero, si adstat benedictioni matrimonii quod administrat alius sacerdos ab eo deputatus et in casu an sit rochettum, mozetta et stola ?

10. An archipresbyter vel canonicus rite adhibeat choralia insignia et desuper impositam stolam in concione et quatenus negative, an uti possit rochetto, superpelliceo et stola ?

Et S. R. C., omnibus maturo examine perpensis, juxta alias decreta respondendum censuit : Ad 4. Negative, sed tantum in casu cum rochetto et superpelliceo. — Ad 3. Negative et servandum decretum alias editum. — Ad 5. Negative. — Ad 6. Negative. — Ad 7. Affirmative, si incedat sine stola. — Ad 8. Ut ad proximum. — Ad 9. Semper in casu sine stola et cum habitu chorali in propria ecclesia tantum. — Ad 10. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam, si adsit consuetudo. Die 23 Maii 1846.

31. Aux processions qu'ils président les chapelains de confrérie ou d'église peuvent porter l'étole, même malgré le curé, en vertu de la coutume et pour les distinguer des autres prêtres, suivant la pratique de Rome.

VELITERNEN. — In ecclesia S. Mariae ad nives nuncupat., civitatis Veliternen., ab anno 1600, canonice erecta est sodalitas sacrorum stigmatum S. Francisci, quam s. m. Clemens VIII per apostolicas literas in forma brevis de anno 1604, singulis ditavit privilegiis et praerogativis, queis archiconfraternitas sub enunciato titulo in Urbe gaudet. Semper autem, nemine contradicente, cappellano usa est in publicis tam solemnibus quam funebribus processionibus, superpelliceo et stola induto, tam intra quam extra propriam ecclesiam. Novissime visum est parochis civitatis illam ab hujusmodi consuetudine deturbare, sub praetextu quod stola parochialis jurisdictionis sit peculiare distinctivum, quodque Sacra Congregatio in generali decreto diei 12 Januarii 1703, requisita ad dubium XXIII : An in dictis processionibus capellani confraternitatum possint deferre stolam ? responderit : « Negative extra propriam ecclesiam ». Cujus decreti etiam meminit synodus dioecesana in appendice ad part. IV. Hisce innixi rationibus, praetendunt, eamdem a dictis cappellanis non a collo pendentem de-

ferendam esse, sed potius instar almutiae vel manipuli brachio superimpositam. Ad hujusmodi evellenda dissensionum germina, confraternitatis sodales, exquisita Eminentissimi et Reverendissimi card. episcopi venia, Sacr. Rit. Congregationem rogarunt pro consuetudinis manutentione.

Et Sacra eadem Congregatio, immemorabili usu mature perpenso, habitaque ratione, quod decreto generali minime obstante, etiam in Urbe et alibi consuetudo in contrarium viget; animadvertens tandem decere et conveniens esse, ut confraternitatum cappellanus a simplicibus clericis distinguatur, ad relationem Sac. Congreg. secretarii, rescribendum esse censuit : Servandam esse consuetudinem et nihil innovandum. Die 27 Martii 1824.

Facta autem de praemissis Sanctissimo Domino nostro Leoni XII pontifici maximo relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis rescriptum approbavit. Die 30 Martii 1824.

VELITERNEN. — Sodalitas Vexillariorum, erecta kalendis Octobris 1348, sedente Clemente papa VI, in ecclesia sui juris Deo in honorem S. Joannis apostoli dicata, vulgo in plagis. civitatis Velitrarum, atque adjuncta albo archiconfraternitatis Urbis quarto nonas Maii 1583, a qua superiori anno piaculari hospitium recepit, fuitque per Urbem ad visendas basilicas deducta pro indulgentiis lucrandis, in sua consuetudine atque usu privilegiorum deturbatur a parochorum collegio ejusdem civitatis, qui privative sibi vindicare volunt stolae delationem publicis in supplicationibus, cadaverum associatione, etc., neque in iisdem ea uti sodalitatis cappellano permittunt. Ast quum alienum id sit a praxi archiconfraternitatis Urbis, qua cum consociatur, scandalisque ac dissensionibus saepe saepius viam aperiat, recensitae sodalitatis moderatores supplices humillimasque Sacrae Rituum Congregationi preces dederunt, quatenus ipsius consuetudinem et privilegia praesertim quoad stolae delationem a cappellano faciendam, confirmare dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio, in ordinario coetu sub infrascripta die coadunata apud Vaticanum, audita Sac. Congreg. secretarii relatione, probe noscens decere et conveniens esse ut confraternitatum cappellanus a simplicibus clericis distinguatur, hisce precibus rescripsit : Detur decretum in Veliternen., archiconfraternitatis sacrorum stygmatum S. Francisci, die 27 Martii 1824. Et ita servari mandavit etiam a sodalitate Vexillariorum ejusdem civitatis. Die 16 Decembris 1826.

VELITERNEN. — Sodalitas Beatae Mariae Virginis charitatis ac mortis titulo, modo erecta propria in ecclesia S. Apolloniae virg. et

mart. civitatis Velitrarum, vel uni secunda quoad pervetustam erectionem suam, namque receptionem albo archiconfraternitatis S. Hieronymi charitatis Urbis factam agnoscit de anno 1519, ac postmodum anno 1748, alteram Mortis archiconfraternitatis requisivit, a qua superiori anno piaculari hospitium recepit, fuitque ad visendas per Urbem ecclesias deducta ; a parochorum ejusdem civitatis collegio sua in consuetudine ac privilegiis ex recensitis adscriptionibus desumptis praepeditur, quominus ipsius cappellanus, licet sacerdotali charactere insignitus, publicis in supplicationibus, cadaverum associatione, etc., stola e collo pendente utatur, ex quo illud inconveniens exurgit, ut dum per agros juxta instituti pium morem pauperes defunctos colligit, ne sacerdos quidem reperiatur, qui lustrali aqua cadaver ex Ritualis praescripto aspergat. Quod hujusmodi impedimentum finem aliquando recipiat, piumque institutum ad Ritualis romani placitum peragatur, supplices humillimasque Sacrae Congregationi Rituum preces porrexit, quatenus ipsi consuetudines et privilegia, praesertim quoad stolae delationem a cappellano faciendam, confirmare dignaretur. Et Sacra eadem Congregatio, in ordinario conventu sub infrascripta die apud Vaticanum coacto, audita Sacrorum Rituum Congregationis secretarii relatione, probe noscens decere et conveniens esse ut confraternitatis cappellanus a simplicibus clericis distinguatur, hisce precibus rescripsit : Detur decretum in Veliternen. archiconfraternitatis sacrorum stygmatum S. Francisci die 27 Martii 1824. Et ita servari mandavit etiam a confraternitate Charitatis ac Mortis ejusdem civitatis. Die 16 Decembris 1826.

SENOGALLIEN. — Contradicente altero ex parochis loci Montis novi in dioecesi Senogallien. usum stolae deferendae a cappellano confraternitatis Vexillariorum ejusdem loci, Sacrorum Rituum Congregationi enixas dederunt preces priores ipsius sodalitatis pro consuetudinis manutentione, atque insuper declaratione utrum praedictus cappellanus in publicis processionibus, cadaverum associatione aliisque functionibus quibus intervenit confraternitas, stola e collo pendente uti possit ? Emin. ac Rev. patres sacris tuendis ritibus praepositi rescribendum censuerunt : Juxta alia decreta pro gratia. Die 27 Augusti 1836.

TIBURTINA. — Hodiernus archipresbyter collegiatae ecclesiae sancti Petri, et parochus sancti Joannis Baptistae oppidi Poli, dioecesis Tiburtin., aegre ferentes, cappellanos sodalitatum ibidem erectarum in processionibus stolam deferre, Sacrorum Rituum Congregationi humillimas porrexere preces, ut declaretur, an invecta consue-

tudo isthuc sit licita, ac proinde toleranda ? Sacra eadem Congregatio, post acceptam informationem Reverendissimi episcopi Tiburtini, in ordinariis comitiis ad Vaticanum subsignata die coadunata, re mature perpensa, ad relationem secretarii, rescribendum censuit : Juxta alias decreta, licere cappellanis confraternitatum stolam in processionibus deferre. Die 11 Martii 1837.

PORTUS ALOYSII. — Quum Sacra Rituum Congregatio circa usum stolae in processionibus adhibendae a cappellano confraternitatis sacrorum stigmatum Velitris, anno 1824, die 27 Martii, rescripserit : « Immemorabili usu mature perpenso, habitaque ratione quod, decreto generali (1703) minime obstante, etiam in Urbe et alibi consuetudo in contrarium viget ; animadvertens tandem decere et conveniens esse, ut confraternitatum cappellanus a simplicibus presbyteris distinguatur, rescribendum censuit servandam esse consuetudinem, et nihil innovandum », quumque rescriptum istud Sacrae Congregationis sa : me : Leo papa XII, die 30 iisdem mense et anno, approbaverit, quaeritur : Liceat ne in dioecesi Portus Aloysii cappellanis, et a fortiori parochis publice stolam deferre in processionibus ?

Sacra porro Rituum Congregatio, suprascripto dubio mature perpenso, rescribere rata est : Servandam esse locorum consuetudinem. Atque ita rescripsit, propositoque dubio a Rmo episcopo Portus Aloysii declaravit. Die 9 Maii 1857.

Ailleurs, et en concurrence avec une collégiale, le droit des chapelains est limité à leur propre église et à leurs processions propres, ce qui prouve que dans les processions générales l'usage de l'étole leur est interdit.

ARIMINEN. — Cum orta fuerit controversia inter capitulum collegiatae ecclesiae SSmi Rosarii terrae S. Archangeli, dioecesis Ariminen. ex una et cappellanos confraternitatum SSmi Suffragii et SSmae Crucis ejusdem terrae partibus ex altera, super delatione stolae ab iisdem cappellanis praetensa in generalibus processionibus, aliisque omnibus functionibus, quae ab eadem collegiata ecclesia, toto incedente capitulo, fieri consueverant, illaque ad S. R. C. delata, Emus et Rmus Dom. cardinalis Tanarius infrascriptum dubium, inter partes concordatum, decidendum proposuit, nempe : An et in quibus functionibus et processionibus cappellani confraternitatum SSmi Rosarii et SSmae Crucis possint deferre stolam in casu, etc. ?

Et S. eadem C., audita prius informatione episcopi, ac visis juribus hinc inde deductis, ad relationem ejusdem Emi ponentis, rescribendum

censuit : Non licere, nisi in propria ecclesia. Et ita decrevit ac servari mandavit. Die 3 Septembris 1746.

Le chapelain de l'église, où l'on va enterrer un corps, peut faire porter sa croix et se placer avec l'étole à la gauche du curé du défunt, dans le convoi funèbre.

URBIS SEU ROMANA. — Super jure deferendi crucem et stolam per sacristam sive cappellanum ecclesiae collegiatae S. Anastasiae, occasione associationis cadaveris in dicta ecclesia tumulandi, inter parochum S. Quirici et Julittae ex una, et capitulum et canonicos ejusdem ecclesiae collegiatae S. Anastasiae Urbis partibus ex altera, nuper ortis controversiis aliisque ad S. R. C. delatis, infrascripta dubia inter partes concordata ab Eminentissimo et Reverendissimo Dom. card. Origo proposita fuerunt :

1. An in associatione cadaverum, quae humanda deferentur ad ecclesiam S. Anastasiae, sit ejus crux erigenda ?

2. An in eadem associatione possit ejusdem ecclesiae sacrista seu cappellanus cum stola, una cum parocho defuncti, saltem ad sinistram incedere ?

Et S. eadem R. C., inhaerendo decretis alias in similibus editis, et signanter sub die 9 Augusti 1681, favore ejusdem ecclesiae S. Anastasiae, respondendum censuit : Ad 1 et 2. Affirmative. Die 18 Augusti 1714.

Decretum anni 1681 est, ut sequitur : Instantibus capitulo et canonicis vetustissimae collegiatae ecclesiae S. Anastasiae de Urbe, Sac. Rit. Congregatio, inhaerendo decretis alias editis, declaravit : In associatione cadaverum, quae humanda deferuntur ad eamdem ecclesiam, ipsius crucem erigendam esse, et ejusdem sacristam seu cappellanum cum stola incedere, et in ipsa ecclesia circa praedicta cadavera officium et absolutionis caeremoniam peragere debere. Die 9 Augusti 1681.

Les chapelains de confréries, dans toutes les cérémonies particulières à ces associations, peuvent porter l'étole, même lorsqu'ils passent dans l'église paroissiale ; aux convois funèbres, ils portent l'étole, mais seulement en dehors de l'église paroissiale.

CERVIEN. — Exorta controversia inter confratres societatis nuncupatae *del consorzio* erectae in ecclesia collegiata terrae Massae Fiscatae, et parochos ejusdem ecclesiae, de jure cappellani ejusdem societatis deferendi stolam in ecclesiasticis functionibus, in quibus cum

eadem societate tamquam cappellanus incedit ; eaque ad Sac. Rit. Congregationem delata, Sac. eadem Congregatio declaravit :

Licere cappellano societatis *de consortio* deferre stolam in omnibus functionibus solitis, et ad ipsam societatem specialiter spectantibus, etiam in transitu per ecclesiam ; quo vero ad associationem cadaverum, teneri ipsum cappellanum incedere cum societate, adhibita stola extra ecclesiam tantum. Die 23 Augusti 1794.

L'ordinaire ne doit pas permettre l'usage de l'étole à tous les chapelains d'une congrégation, en sorte que tous assistent à une procession avec l'étole.

TAURINEN. — An possit archiepiscopus permittere usum stolae singulis cappellanis congregationis Sanctissimi Sacramenti, noviter Taurini per eamdem civitatem inductum cum signo praedicto, ita ut in processionibus, quae per annum ad honorem Corporis Christi magnificentissime peragantur, liceat omnibus dictis cappellanis praedicta stola uti ? Et S. R. C. respondit : Negative. Die 7 Augusti 1655.

32. Il n'y a pas d'étole curiale proprement dite ou *pastorale*, suivant l'expression française, car en soi elle n'est pas un signe de juridiction. C'est donc un abus que les curés de France (1) et particulièrement ceux de Paris la portent constamment au chœur, même n'officiant pas (2). La coutume ne peut prévaloir contre le droit. Or le droit est limité aux indultaires, pris en corps et non individuellement.

Cette étole est simple, sans broderies d'aucune sorte, ni glands et nœud pour en retenir les côtés. Il faudrait un indult spécial pour agir différemment. Nous en avons un exemple récent : Léon XIII, par bref du 3 mars 1880, aaccordé au prieur du collège des curés de Pérouse le privilège de porter, dans les fonctions

(1) L'étole est si bien considérée comme l'insigne curial qu'on la rencontre dans ces trois circonstances : on enterre le curé avec l'étole et non la chasuble ; aux funérailles et anniversaires, on pose une étole sur la bière ou la représentation et, sur la tombe on grave ou sculpte une étole, comme on peut le voir dans un des cimetières de Poitiers.

(2) Un « règlement » de 1656, relatif au diocèse de Tulle, parlant des « divins offices », qui exigent le costume convenable, ajoute : « et lesdits curés outre cela avec leurs estoles » (*Bull. de la Soc. arch. de la Corrèze*, t. XI, p. 576).

où se trouve le collège, une étole plus large et plus longue, brodée de soie :

Inter omnes episcopi ministros qui ei in divinis et assistunt et serviunt, primus et dignior est presbyter assistens, qui ideirco debet esse dignior ex presbyteris, tam canonicis quam dignitatibus qui in choro sedere solent... Igitur episcopo officium in vesperis facturo, ipse simul cum aliis canonicis capiet paramenta, videlicet amictum super rochetto aut cotta et super eo pluviale, tempori congruum, sine tamen formalio ad pectus (*Caer. episc.*, l. I, c. VII, n. 1).

Il n'est pas permis au prévôt d'un chapitre de célébrer la messe avec l'assistance de deux diacres, deux sous-diacres et un prêtre revêtu du pluvial.

SAVONEN. — S. R. C., juribus deductis tam pro parte promotoris fiscalis curiae episcopalis, quam ad instantiam Christophori Gallesii, praepositi collegiatae ecclesiae S. Blasii Finarii, dioecesis Savonen., declaravit : Non licere praedicto praeposito celebrare missas solemnes cum duobus diaconis et duobus subdiaconis, et presbytero assistente parato cum pluviali. Ideoque mandavit servari praescriptum vicarii generalis super hujusmodi causa eidem praeposito sub die 14 Novembris 1680 factum et praesentatum. Et ita decrevit. Die 7 Junii 1681.

Un chanoine célébrant ne doit pas être assisté d'un prêtre en pluvial : telle est la règle générale.

DREPANITANA. — In ordinariis Sacrorum Rituum comitiis superiori anno 1846, decimo kalendas Junii habitis, relatae quum fuerint preces archipresbyteri et canonicorum collegiatae ecclesiae sancti Petri in civitate Drepanitana erectae, queis exponebant ex immemorabili consuetudine collegiata ipsa in ecclesia archipresbyterum, vel alterum canonicum solemniter celebrantem, praeter diaconum et subdiaconum adhibere solere presbyterum assistentem pluviali indutum, ac proinde enixe rogabant, ut consuetudinem hujusmodi confirmare dignaretur ; placuit Emin. et Rev. patribus sacris tuendis ritibus praepositis nil in re decernere, quin Rev. episcopi votum exquireretur, ac proinde rescriptum fuit episcopo pro informatione, qui capitulo in scriptis doceat super asserta consuetudine. Sacrae Congregationis mandatis religiosissime obsequens episcopus in scriptis et voce, audito capitulo ac rebus mature perpensis, Sacram Congregationem certiorem reddidit, se nunquam de tali formalem vel utcumque protulisse sententiam, verum ad calcem directorii divini officii ipsius anni 1846, apposuisse aliqua decreta Sacrorum Rituum Congregationis, quae ad abusus ubicumque existentes radicitus evellendos condita fuerant, inter quae illa etiam accensebantur, quae presbyterum assistentem prohibent, ut legum facta facili cognitione, quisque ad leges ipsas apprime servandas prompto docilique animo excitaretur. Neque destitit idem antistes curam omnem diligentiamque impendere in perquirendo capituli archivio, ac etiam requirendo Rev. Mazarien. episcopo, intra cujus dioecesis limites hodierna Drepanitana dioecesis includebatur, si forte aliquod monumentum extaret indulti capitulo collegiali sancti Petri concessi pro presbytero assistente in missis solemnibus :

sed incassa cessit quaecumque diligentia, ac proinde dilucide apparet omnino abusive consuetudinem hujusmodi fuisse inductam, atque ad superiorem usque annum servatam; eo vel magis quia in synodo dioecesana Mazarii celebrata de anno 1735, saltem implicite fuit abrogata. In illa siquidem synodo statutum fuit, ut tam in cathedrali Mazariensi, quam in ceteris respective ecclesiis (tunc temporis Drepanitanae hodiernae dioecesis ecclesiae includebantur in dioecesi Mazariensi) omnimode servetur Caeremoniale romanum, omnem et quamcumque in contrarium consuetudinem abrogantes, ac in titulo *De sacrificio missae* inductum fuit, ut sacerdotes nullos alios ritus aut caeremonias in missae celebratione adhiberent praeter eas quae in missali romano praescribuntur. Quae singula a Rev. Antistite exposita una cum precibus capituli collegiatae sancti Petri ecclesiae in novo ordinario coetu Sacrorum Rituum Congregationis ad Quirinale hodierna die habito quum fideliter de more retulerit R. P. D. secretarius, Emin. et Rev. patres sacris tuendis ritibus praepositi, omnibus maturo examine perpensis, dilucide comperuere abusive omnino et contra alias decreta servandam fuisse consuetudinem presbyteri assistentis in collegiata Sancti Petri ecclesia civitatis Drepani, ac proinde merito commendantes Rev. episcopi pastoralem vigilantiam ad convellendos quoscumque abusus, rescribendum censuerunt : Servetur decretum episcopi, si adsit; alias serventur decreta jam lata in voto ejusdem episcopi. Die 27 Februarii 1847.

La S. C. a quelquefois accordé à des chapitres la permission de faire assister le chanoine célébrant d'un prêtre en pluvial, outre le diacre et le sous-diacre.

CORTONEN. — Cum capitulum et canonici cathedralis ecclesiae Cortonen. exposuerint, quod ex usu et consuetudine a S. R. C. approbata sub diebus 19 Junii 1602, et... Junii 1604, per eos celebrari solet missa solemnis jugiter, et passim in dicta cathedrali, ac quotannis in ecclesiis S. Margaritae Ordinis Minorum de Observantia pro illius geminato festo, ac in illa quoque S. Antonii abbatis Ordinis Servorum pro illius annua festivitate, ultra assistentiam diaconi et subdiaconi cum illa etiam presbyteri cum pluviali parati. Cupientes modo habere dictum presbyterum paratum quando solemniter canunt missam etiam in ecclesiis monialium aliarumque ecclesiarum ejusdem civitatis et dioecesis, pro extensione hujusmodi facultatis, S. R. C. humillime supplicaverunt. Et S. eadem C. oratorum instantiae juxta petita benigne annuit. Die 20 Maii 1741.

Les *Ephemerides liturgicae*, qui ont une grande autorité en fait de rubriques, soutiennent, « juxta laudabilem praxim Urbis, » que, pour sa première messe, un jeune prêtre peut être assisté par un prêtre en pluvial, si la messe est chantée.

17. Les chapiers sont, dans les cathédrales et les grandes églises, au nombre de six, pour les solennités majeures (1) ; de quatre, pour les fêtes moindres ; de deux, pour les dimanches et fêtes ordinaires. Ils n'ont leur raison d'être qu'autant que le célébrant est lui-même en pluvial, ce qui ne convient ni aux doubles mineurs, ni aux semi-doubles, pas plus qu'aux simples et féries.

In festis solemnioribus, ut in Natali D. N. J. C., Epiphania, Paschate Resurrectionis, Ascensione, Pentecostes, in festo Corporis Christi, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis B. M. V. et Omnium Sanctorum, sancti titularis Ecclesiae et Patroni civitatis vel Ecclesiae dedicationis, sex pluvialia a presbyteris seu clericis totidem, hebdomadario assistentibus, sumantur. In aliis festis immediate subsequentibus diem Nativitatis Domini, Pascha et Pentecostes ; item in festis Circumcisionis Domini, Purificationis, Annuntiationis et Nativitatis B. M. V., sanctissimae Trinitatis et S. Joannis Baptistae, quatuor tantum pluvialia sumantur ; in dominicis vero et aliis festis, duo. In duplicibus autem minoribus, semiduplicibus, simplicibus et feriis, non oportet celebrantem seu hebdomadarium esse paratum, nec fieri thurificationes (*Caer. episc.*, l. II, c. III, n. 16-17).

Ailleurs, le nombre des chapiers doit différer suivant le degré des fêtes et être abaissé, selon la condition propre de l'église. On aura donc quatre chapiers aux fêtes solennelles : Noël, l'Epiphanie, Pâques, l'Ascension, la Pentecôte, la Fête-Dieu, SS. Pierre et Paul, l'Assomption, la fête du titulaire de l'église, du patron de la ville, de la dédicace de l'église ; deux chapiers, aux fêtes qui suivent Noël, aux fêtes de la Circoncision, de la Purification, de l'Annonciation et de la Nativité de la B. V. M., de la Sainte-Trinité et de saint Jean-Baptiste ; un seul chapier, le célébrant, le dimanche et les autres fêtes.

Cette règle doit être observée, quelle que soit la dignité de celui qui officie.

(1) A celles indiquées par le Cérémonial il faut ajouter les fêtes de l'Immaculée Conception et de saint Joseph, qui sont maintenant du rit double de première classe.

La beauté des ornements doit aussi être réglée par le degré de la fête et non par la dignité du célébrant.

VASIONEN. — 1. An in festivitatibus primae classis assumere liceat quatuor pluvialia, et respective in festivitatibus secundae classis duo dum officia divina solemniter celebrantur in casu, etc.? 2. An liceat archidiacono, praeposito, sacristae et praecentori solemniter celebrantibus, majora assumere pluvialia quam in solemnitatibus celebrari solitis a canonicis, in casu, etc.? S. R. C. resp. : Ad 1. Licere, servata proportione in festis secundae classis, ad formam Caeremonialis et quoad executionem, arbitrio et prudentiae episcopi, attentis peculiaribus circumstantiis. Ad 2. Provisum in secundo.

Rescripserat S. C. dubio, quod primo loco propositum fuerat, licere, attentis peculiaribus ecclesiae circumstantiis, quatuor assumere pluvialia in festivitatibus primae classis, duo in aliis secundae classis, observata proportione ad formam Caeremonialis. Quum autem proportio haec omnino servanda sit, decernimus et declaramus juxta dispositionem Caeremonialis (quatenus cathedralis Vasionensis ecclesia sufficienti numero ministrorum instructa sit, sacra indumenta habeantur, unius ejusdemque coloris, prout rubricae exigunt, in diversitate festorum) quatuor a ministris assumenda esse pluvialia in festis solemnioribus, scilicet : Natali D. N. J. C. et Epiphania, Paschate Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in festo Corporis Christi, SS. apostolorum Petri et Pauli, Assumptione B. M. V. et Omnium Sanctorum, S. Titularis ecclesiae, et Patroni civitatis, et ecclesiae dedicationis; duo vero pluvialia adhibenda esse in aliis festis immediate sequentibus diem Nativitatis Domini, Paschae et Pentecostes, item in festis Circumcisionis Domini, Purificationis, Annunciationis et Nativitatis B. M. V., SS. Trinitatis, et S. Joannis Baptistae; tandem in dominicis aliisque festis unum tantum pluviale erit adhibendum a celebrante, aut dignitas sit, aut canonicus, aut hebdomadarius. Ita decernimus et declaramus, ut ea servetur proportio, quam requirit Caeremoniale episcoporum, quae sane proportio tenenda est, nullo habito discrimine inter celebrantium personas, cum eadem numero pluvialia, eadem pretiosa aut pretiosiora indumenta assumenda sint, prout exigunt festi dies, qui recurrunt, vel dignitas, vel canonicus, juxta Ecclesiae Vasionensis ordinem, consuetudinem atque statuta sacra peragere debeat. Qua declaratione etiam secundo dubio satis superque provisum est.

Les chapiers assistent l'officiant à l'encensement de l'autel.

CAURIEN. — Cum in vesperis celebrans est paratus, altare thurificatur et per statutum speciale ejusdem Ecclesiae assistunt duo beneficiati pluvialibus parati. Quaeritur an praedicti pluvialistae assistere debeant celebranti thurificationem altaris facienti ? S. R. C. rescribendum censuit : Affirmative. Die 19 Maii 1899.

Ceux qui portent le pluvial ne sont pas pour cela dispensés de faire la génuflexion à deux genoux devant le Saint-Sacrement exposé, à l'aller et au retour.

MINORICEN. — Ante SS. Sacramentum discoopertum tenenturne semper utroque genu flectere, juxta decretum 937-1627, d. d. 19 Augusti 1650, ad 6, etiam processionibus interessentes, imo et pluvialibus induti ? S. R. C. rescribendum censuit : Affirmative, si agatur de accedentibus et recedentibus, juxta citatum decretum. Die 24 Novembris 1899.

18. Le pluvial est cause que ceux qui le portent sont encensés avant ceux qui ne l'ont pas, bien que ces derniers soient plus élevés en dignité.

LAURETANA. — Pro parte episcopi Lauretani quaesitum fuit : An faciente officium vesperarum uno ex beneficiatis dictae Ecclesiae parato cum pluviali, et cum assistentia duorum clericorum ejusdem Ecclesiae, pluvialibus similiter paratorum, thurificandi sint ipsi duo clerici ante beneficiatos non paratos in choro sedentes ? Congr. S. R. respondit : Ratione paramentorum, thurificandos esse clericos praedictos paratos, ante beneficiatos non paratos in choro sedentes. Die 10 Junii 1602.

Il assure aussi la préséance, même sur une dignité. L'hebdomadier, revêtu de l'étole et du pluvial, a le pas sur le prévôt, en simple mosette et sans aucun autre vêtement ecclésiastique.

ARETINA. — Supplicante capitulo et clero ecclesiae de Arciano, sub titulo S. Agathae, dioecesis Aretinae, pro declaratione : An hebdomadarius, pluviali et stola indutus, debeat cedere locum digniorem et primarium praeposito dictae ecclesiae, incedenti cum simplici mozzetta et absque alio paramento ecclesiastico ? S. R. C. censuit : In casu proposito, ratione paramentorum, deberi praecedentiam hebdomadario, non autem praeposito. Et ita declaravit. Die 13 Junii 1682. In altera propositione sub die 28 Novembris 1682, S. C. stetit in decisis.

19. Les processions doivent être présidées par un prêtre, revêtu du pluvial et de l'étole.

FIRMANA. — Cum in terra Montis Georgii, Firmanae dioecesis, adsit ecclesia ad praesens nuncupata S. Francisci Fratrum Minorum conventualium, ad quam tam praepositi quam parochi aliarum ecclesiarum, occasione nonnullarum processionum, simplici tantum superpelliceo induti, accedere consueverunt ; cumque, hujusmodi consuetudine minime obstante, praepositus ecclesiae S. Joannis et S. Benedicti die 25 Aprilis 1729 in processione S. Marci, et 1730 in alia processione pro festivitate S. Benedicti, stolam primum, et postmodum etiam pluviale in dicta ecclesia S. Francisci vigore Ritualis romani induere caeperit ; propterea, ratione praefatae delationis stolae et pluvialis inter fratres Minores conventuales ex una, et praepositos tantum ecclesiarum sanctorum Joannis et Benedicti, ac S. Michaelis Archangeli illius terrae (parochis a lite postmodum recedentibus) partibus ex altera, ortis controversiis, illisque ad S. R. C. delatis, Eminentissimus et Reverendissimus Dom. card. Porzia infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit :

1. An praepositi sanctorum Joannis et Benedicti, et S. Michaelis Archangeli teneantur accedere ad ecclesiam Minorum conventualium Montis Georgii, occasione peragendi processiones, quae fiunt in dicta terra ? Et quatenus affirmative,

2. An praefati praepositi possint deferre in dicta ecclesia stolam et pluviale ?

3. An constet de attentatis, et quomodo sint purganda in casu, etc. ?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit :

Ad 1. Affirmative, juxta solitum.

Ad 2. Posse, juxta prescriptum Ritualis romani, unum ex praepositis, vel alium sacerdotem saecularem aut regularem, actualiter incipientem et peragentem functionem processionis, deferre stolam et pluviale. Die 17 Maii 1732.

Aux processions des palmes et des cierges, quatre chanoines, revêtus de pluviaux, peuvent, au lieu de cierges ou de palmes, porter des insignes en argent, coutume essentiellement locale.

COIMBRIEN. — Utrum asserta consuetudo, ut quatuor canonici vel medii canonici, pluvialibus induti, quaedam argentea insignia sine palmis et candelis prae manibus gestent in processionibus palmarum et candelarum, licite retineri possit ? S. R. C. resp. : Affirmative et amplius (1753).

Aux processions, l'évêque, revêtu de la *cappa* ou du pluvial, doit être assisté des chanoines-diacres ou des dignités auxquelles incombe le devoir de l'assistance ; dans le cas où les chanoines n'assisteraient pas l'évêque, parés ou en habit de chœur, l'évêque pourrait être accompagné de deux laïques, le gouverneur et le syndic, si telle était la coutume.

BITUNTINA. — An tolerari possit, quod episcopus in processionibus publicis incedat medius inter regium gubernatorem dictae civitatis et syndacum, vel potius debeat solus incedere, subsequentibus supradictis, si intervenire voluerint ?

Et S. R. C. respondit : Episcopus in sacris supplicationibus, tum cappa pontificali, tum pluviali indutus, incedere debet inter canonicos diaconos assistentes, vel inter dignitates quibus assistentiae munus incumbit. Laico vero oportet omnino episcopum subsequi, modo canonici intersint, ut prorsus debent, choralibus insigniis, seu sacris vestibus induti, sin minus consuetudo poterat tolerari (1676).

A la procession du Saint-Sacrement, huit bénéficiers en pluvial tiennent les hampes du dais.

Saltem octo beneficiati seu mansionarii erunt parati cum pluvialibus albis pro deferendis hastis baldachini in principio processionis (*Caer. episc.*, l. II, c. XXXIII, n. 5).

A la procession du Vendredi-Saint, où la solennité est moindre, ceux qui portent le dais ne doivent avoir que la *cotta*, et non le pluvial.

TOLETANA. — In processione feriae VI in parasceve, cappae seu pluvialia deferentium hastas baldachini, utrum debeant conformari in colore cum indumentis nigris celebrantis, aut cum albo baldachino ? S. R. C. resp. : Non esse adhibenda pluvialia, sed solum cottas a gestantibus hastas baldachini (1736).

Le pluvial est de rigueur pour le célébrant à la procession du Saint-Sacrement, malgré la coutume contraire.

ORD. CAMALDULEN. — An liceat non habentibus usum pluvialis in die et infra Octavam Corporis Christi peragere processionem cum SSmo Sacramento, et illud sine pluviali exponere ? S. R. C. resp. : Negative quoad 1 partem et quoad 2, non posse cogi, id est in expositione Sanctissimi Sacramenti. 22 Janu. 1701.

ORDINIS EREMITARUM CALMADULENSIUM MONTIS CORONAE. — Le prieur de Sainte-Marie-des-Anges de Nole expose que, dans sa congrégation, aux processions de la Fête-Dieu, le Saint-Sacrement est porté par le célébrant, n'ayant qu'une écharpe, sans assistance de ministres parés et avec deux clercs, dont un tient l'encensoir et l'autre l'*ombrellino*. Il demande que ces abus, peu respectueux pour le Saint-Sacrement, soient réformés et que la Congrégation lui enseigne la manière de faire les processions de la Fête-Dieu et du Jeudi et du Vendredi-Saints.

Et S. R. C. rescribendum censuit : Praecedat crux hastata a religioso cotta induto delata inter ceroferarios, cotta pariter indutos; sequentur viri religiosi bini incedentes, qui in solemnitate Corporis Christi, monasticis cappis depositis, post communionem celebrantis sument non in choro, sed in alio convenienti loco superpelliceum cereosque accensos gestabunt. In processionibus vero, quae fiunt feria V in Coena Domini et feria VI parasceve, quia hae intra ecclesiam peraguntur, cum cappis monasticis procedant. Post digniores religiosos viros succedent duo thuriferarii ibidem cum cottis, qui thuribula cum incenso fumigantia lente ducent ante celebrantem, facie non dorso ad sacramentum semiversa in incessu. Tandem adveniet celebrans, pluviali ac velo humerali albo amictus, deferens sacramentum inter ministros sacris vestibus, sed sine manipulo indutos, fimbrias pluvialis hinc inde elevantes, qua alternatim una cum eodem celebrante psalmos submissa voce recitabunt. Supra celebrantem Sacramentum portantem deferatur omnino baldachinum, quaternis saltem hastis instructum, quae a quotidem religiosis superpelliceo indutis in festo Corporis Christi eleventur. Feria autem VI in parasceve deferri poterit baldachinum a religiosis sine cotta, qua die celebrans non sumet pluviale ; ministri autem celebrantis, cum non utantur planetis plicatis, tum solemni illius diei officio, tum processioni cum superpelliceo assistent. Cerei exstinguentur postquam reconditum fuerit Sacramentum, et in feria VI in parasceve, postquam fuerit a celebrante consumptum, nec cessabit campanarum sonitus ubi ab Ecclesia non prohibetur, nisi post sacram actionem absolutam. Quod si ad hujusmodi supplicationes convocentur confratres alicujus sodalitii, hi sacco induti designari poterunt ad deferendum baldachinum, supplendo vices religiosorum alia munia obeuntium. In iis autem coenobiis seu religiosis familiis, in quibus parva monachorum manus sit, assistentes celebrantis poterunt incedere cum superpelliceo, sed nunquam fas sit ut omittatur baldachinum, super deferendum, ut supra, vel a monachis vel a confratribus. Die 15 Septembris 1742.

Lorsque les paroisses de la ville épiscopale se réunissent à la cathédrale pour les processions du Saint-Sacrement, les curés et prêtres des paroisses ne doivent pas être revêtus du pluvial.

MILITEN. — Exponentibus dignitatibus et canonicis et aliis de capitulo cathedralis ecclesiae Militen., quod licet canonici collegiatarum, parochi et presbyteri simplices non possint incedere parati in processionibus, sicut canonici cathedralis, ut alias contra canonicos collegiatarum declaravit S. R. C., et praecipue in Placentina sub die 19 Maii 1607, attamen parochus et presbyteri simplices ecclesiae abbatialis jurisdictionalis Sanctissimae Trinitatis Militen. nullius, praetendunt incedere parati in solemnioribus, praesertim in solemnitate Sanctissimi Corporis Christi eodem modo et forma, quibus solent incedere dignitates et canonici dictae cathedralis, cum pluvialibus et casulis, ut de jure tenentur. Quapropter iidem dignitates et canonici supplicarunt declarari non licere praedictis parocho et sacerdotibus ecclesiae Sanctissimae Trinitatis, et aliis dioecesis Militensis incedere in processionibus cum pluvialibus, non obstante quacumque praetensa contraria consuetudine. Et eadem S. R. C., audita relatione episcopi Militen., declaravit : In concursu cum cathedrali non licere. Die 4 Maii 1868.

20. Quand l'évêque officie, les chanoines sont parés.

Canonici sument paramenta, scilicet amictum super cottam aut rochettum et alia (*Caer. episc.*, l. II, c. I, n. 4).

Si quelques chanoines seulement devaient être parés, ils prendraient alors le pluvial.

Hoc casu, non omnes canonici, sed quatuor aut sex tantum cum pluvialibus parantur (*Ibid.*, c. II, n. 2). — Si commode paramenta haberi nequeant pro omnibus canonicis, quatuor aut sex digniores saltem induantur pluvialibus (*Ibid.*, c. XVI, n. 6).

Une coutume immémoriale autorise les chanoines à porter le pluvial aux processions, au lieu des vêtements propres à chaque ordre, ou du vêtement de chœur. Ce pluvial doit être de la couleur voulue par la fête.

GERUNDEN. — An canonici possint in processionibus deferre pluvialia, vel potius teneantur uti planetis et tunicellis, juxta distinctionem ordinis unicuique tangen., vel habitibus chori respective ?

S. R. C. resp. : In casu de quo agitur, attenta immemorabili, affirmative (1699).

Lorsque les prébendes ne sont pas distinctes, tous les chanoines et dignités peuvent porter le pluvial à la messe, comme aux vêpres pontificales.

An stante, quod in eadem ecclesia non adsit distinctio praebendarum, omnes canonici possint indui pluvialibus in missis pontificalibus, prout consueverunt in vesperis ? S. R. C. resp. : Ex quo non adsit distinctio praebendarum, posse omnes tum dignitates tum canonicos indui pluvialibus (1659).

Aux processions, lorsque les dignités et chanoines sont vêtus du pluvial, les bénéficiers, si c'est la coutume, peuvent prétendre au même honneur : au cas où la cathédrale n'aurait pas des pluviaux de même couleur en nombre suffisant pour tous, l'évêque devrait obliger le chapitre à en faire faire dans un délai déterminé.

GERUNDEN. — Inter capitulum et canonicos ex una, et beneficiatos Ecclesiae cathedralis Gerunden. ex altera partibus super jure deferendi in processionibus pluvialia controversiis exortis, in S. R. C. super eisdem, ad relationem Emi et Rmi Dom. card. Colloredo infrascriptis dubiis plene examinatis atque discussis :

1. An etiam beneficiatis Ecclesiae cathedralis Gerundae incedere debeant in processionibus induti pluvialibus, sicut dignitates et canonici ? Et quatenus affirmative,

2. Si in Ecclesia non adsint pluvialia ejusdem coloris in numero sufficienti pro dignitatibus, canonicis atque beneficiatis, quomodo sit providendum ?

3. An beneficiatis qui non interfuerunt processioni in die Nativitatis, debeantur specialia emolumenta dari solita ?

Favorabilis beneficiatis in omnibus sub die 20 Januarii anni 1703 resolutio prodiit, et ad primum : Affirmative, attenta immemorabili ; ad 2, Sumptibus Ecclesiae juxta solitum ; et ad 3, Affirmative responsum fuit.

Et expedito postmodum ex parte beneficiatorum coram A. C. monitorio, introductoque judicio super executione et observatione praedictarum resolutionum ; cum capitulum et canonici pro declaratione, tam supra praefixione competentis termini ad conficiendum pluvialia, quam super modo praefatas resolutiones reducendi ad praxim, donec

eadem pluvialia conficerentur, nec non pro impetranda ad effectum praedictum ad S. R. C. remissione causae, ad Auditorem SSmi recursum habuerunt. Hujusmodi instantia ad S. R. C. ab Auditore SSmi remissa, firma in reliquis remanente causa coram A. C., et ab Emo et Rmo D. card. Colloredo proposita ; S. eadem R. C., tam in voce quam in scriptis partibus auditis, eadem sub die 24 Novembris proximi praeteriti ad eumdem Emum et Rmum D. card. Ponentem juxta mentem remittendam censuit. Et mens fuit quod episcopus praescriberet terminum competentem ad paranda pluvialia, et interim provideret pro suis arbitrio et prudentia, et S. R. C. certiorem redderet. Et cum a praedicta die 24 Novembris usque adhuc nullus terminus ad parandum pluvialia assignatus, nulla provisio ab episcopo capta, et mens S. R. C. in nihilo adimpleta fuerit ; ex parte beneficiatorum ad finem imponendum controversiae pro aliquo opportuno et ultimo remedio S. R. C. demisse supplicatum fuit, et hujusmodi supplici instantia ab eodem Emo et Rmo D. card. Colloredo relata, S. eadem R. C. respondit : In decisis et episcopus praefigat terminum competentem ad parandum pluvialia et interim, quousque fuerit completus numerus pluvialium, servetur omnino Caeremoniale tam quoad canonicos quam quoad beneficiatos. Die 12 Julii 1704.

21. Le pluvial est un insigne pour le pape, les cardinaux de l'ordre des évêques, les évêques, les abbés, les dignités des chapitres (1), les avocats consistoriaux et les empereurs.

(1) Parmi elles figurait, en France, le *praecentor* ou grand chantre, qui avait deux insignes, le pluvial et le bâton cantoral. Il était paré à la messe, aux vêpres et aux processions et avait deux ou même quatre assistants en pluvial. Le curé d'Ezerville s'est élevé peut-être à tort contre cet ancien usage, condamné, il est vrai, par un décret, mais que certains diocèses ont conservé, sans doute en vertu d'un indult.

« Il est, en France, un préjugé très invétéré, qui consiste à croire qu'il est impossible de célébrer une messe tant soit peu solennelle, si le chœur n'est pas orné au moins de deux chantres revêtus de chapes ; nous connaissons telles grandes églises, cathédrales même, qui se targuent de suivre exactement le rite romain et qui cependant font porter chape à la messe. Or, rien ne justifie cet abus, ni le prétexte de vouloir donner plus de solennité à la célébration des grandes fêtes, ni l'opinion de quelques liturgistes qui tolèrent cette coutume ; il faut observer la rubrique pure et simple du Cérémonial, laquelle s'y oppose formellement. En effet, le Cérémonial, après avoir dit que, pour les vêpres solennelles, le célébrant est assisté d'ecclésiastiques en chape (*Caer. episc.*, l. I, c. xv, n. 12, et l. II, c. III, n. 1, 16), dit clairement que pour la messe, le célébrant, le diacre et le sous-diacre sont seuls revêtus d'ornements, *nec alii praeter ipsos erunt*

Le pape prend le manteau, chaque fois qu'il officie pontificalement aux vêpres et aux matines ou lorsqu'il assiste au trône à une fonction ou encore préside le consistoire public.

Aux pontificaux du pape, les cardinaux-évêques prennent le pluvial sur le rochet et l'amict. Cependant ils ne sont pas inhumés ainsi, mais avec la chasuble, comme les évêques, quoique, par exception, dans l'église de Sainte-Marie *in Campitelli*, le cardinal Pacca soit figuré sur son tombeau avec le pluvial.

Le Cérémonial des évêques règle quand l'évêque prend le pluvial, ce qui a lieu pour les vêpres et laudes, ainsi que les processions et les bénédictions solennelles, comme du Saint-Sacrement, des cierges, des rameaux et des cendres.

Le Pontifical y ajoute la confirmation, les bénédictions, la visite pastorale, la réception d'un prélat ou légat.

Confirmare volens, paratus supra rochetum, vel, si sit religiosus, supra superpelliceum, amictu, stola, pluviali albi coloris et mitra (*De confirmandis*). — Pontifex paratus supra rochetum, vel, si sit religiosus, supra superpelliceum, amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris et mitra simplici (*De bened. et impos. primar. lapid.*). — Pontifex paratus amictu, alba, cingulo, pluviali albi coloris et mitra simplici, si consecrationem hujusmodi publice facere velit (*De alt. port. consecr.*). — Pontifex... ornatus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo (*De eccl. et coem. reconcil.*). — Pontifex paratus supra rochetum amictu, stola, pluviali rubri coloris et mitra simplici (*De bened. nov. crucis*). — Paratus supra rochetum amictu, stola, pluviali albi coloris et mitra simplici (*De ben. imag. B. M. V.*) — Paratus amictu, alba,

parati (*Caer. episc.*, l. I, c. XV, n. 13). La Sacrée Congrégation, consultée relativement à l'encensement de deux choristes en chape à la messe, portant un bâton d'argent, et dont l'un annonçait au célébrant le *Gloria : An ultra diaconum et subdiaconum, possint etiam, pro majori decore, adhiberi aliqui sacerdotes pluvialibus induti qui una cum celebrante, diacono et subdiacono, faciant confessionem, et major eorum celebranti praeintonet:* Gloria in excelsis, *prout hucusque ex antiquissima consuetudine et traditione observatum est, et ut servari in Gallia indicat Bauldry : resp.: Servandas esse rubricas Missalis et Caeremonialis pro missis solemnibus* (S. C., 24 juin 1863, *Albinganen.*, *ad* 4). Or, les rubriques du missel (part. II, t. II, n. 5) ne parlent que du diacre et du sous-diacre comme ministres *parati*, et le Cérémonial des évêques (l. c.) en exclut formellement tout autre. »

cingulo, stola, pluviali albi coloris et mitra simplici (*De ben. signi*). — Praelatus ejus loci, indutus amictu, stola, pluviali et mitra pretiosis (*Ordo ad recipiend. procession. praelat. vel legat.*).

Au *Magnificat*, lorsque l'évêque encense, ce n'est ni au prêtre assistant, ni à l'archidiacre qui est à droite, à relever le pluvial, mais aux deux diacres assistants.

PLACENTINA. — An in vesperis pontificalibus, dum episcopus ad *Magnificat* incensat altare, presbyter assistens debeat illi partem dexteram pluvialis elevare, an vero id spectet ad archidiaconum a dextris assistentem ? S. R. C. resp. : Non ad presbyterum, sed ad diaconos assistentes pertinet onus elevandi fimbrias pluvialis hinc inde, quando episcopus progreditur, et dum thurificat altare (1607).

L'évêque ne doit être encensé trois fois, que lorsqu'il assiste en pluvial et en mitre. Tel est le sens du Cérémonial des évêques, c. xxiii, § 3 *post oblata*, qui est ainsi formulé :

In missis solemnibus, ter... thus benedicitur, videlicet in principio, antequam dicatur introitus et tunc thurificatur altare, celebrans et episcopus, quando adest in missa per alium celebrata cum pluviali et mitra, et non alii ; secundo, ante evangelium et tunc thurificatur tantummodo liber evangeliorum et episcopus post evangelium, si est paratus pluviali et mitra... Tertio post oblata et tunc thurificentur oblata, altare, celebrans, episcopus, mox dignitates et canonici..., ita ut episcopus mitratus ter in missa thurificetur (*Caer. episc.*, l. I, c. xxiii, n. 13).

SALISBURGEN. — Cum in Caeremoniali episcoporum, c. xxiii, § 3, *post oblata* habeantur sequentia verba : *Ita ut episcopus mitratus ter in missa thurificetur*, ab archiepiscopo Salisburgensi a S. R. C. quomodo verbum *mitratus* intelligendum sit declarari quaesitum fuit. Et S. eadem R. C. respondit : Verbum *mitratus* in supracitato c. iii Caeremonialis episcoporum, de episcopo cum pluviali et mitra assistente intelligendum esse. Die 30 mensis Martii 1697.

Aux fêtes solennelles, où il n'officie pas, l'évêque revêt le pluvial, excepté en présence d'un légat ou d'un cardinal ou même d'un autre évêque, à moins que celui-ci ne soit son suffragant.

In solemnioribus festivitatibus episcopus erit semper cum pluviali (*Caer. episc.*, l. II, c. ix, n. 4). — Aut missa celebrabitur per aliquem

alium episcopum seu suffraganeum, et tunc episcopus proprius interesse debet cum cappa et omnia deferre episcopo celebranti (n. 5). — Sed si episcopus proprius forte vellet esse paratus in hujusmodi missa ab alio episcopo celebrata, quod non convenit, nisi celebrans sit suffraganeus vel alias subditus episcopo (n. 7). — Post evangelium non thurificatur episcopus, sed legatus vel cardinalis, nam episcopus, praesente legato vel alio cardinali, non debet assistere missae paratus cum pluviali et mitra (l. I, c. XXIII, n. 13).

L'abbé, au synode diocésain, porte le pluvial et la mitre simple ; il en est de même pour les abbés généraux aux sessions du concile général.

Abbates benedicti pariter cum pluvialibus et mitris simplicibus (*Ibid.*, l. I, c. XXXI, n. 11).

Lorsque l'évêque va faire la visite dans son monastère, l'abbé, revêtu de la *cotta*, de l'étole et du pluvial, doit, avec quelques moines, le recevoir à la porte de l'église et lui présenter l'aspersoir et l'encens.

FOROLIVIEN. — Inter promotorem fiscalem curiae episcopalis Foroliviensis ex una, et patrem abbatem et monachos S. Mercurialis illius civitatis partibus ex altera, ortis controversiis illisque ad S. R. C. delatis, Eminentissimus et Reverendissimus Dominus cardinalis Zondadari infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit : An episcopo visitanti ecclesiam parochialem monasterii S. Mercurialis, teneatur ejusdem abbas, indutus cotta, stola et pluviali, obviam ire cum aliquibus monachis usque ad januam dictae ecclesiae, ibique eum excipere, praebere aspersorium cum aqua benedicta, eumdemque thurificare ? Et quatenus negative, an et quomodo dictus episcopus sit excipiendus in actu visitationis in dicta ecclesia ?

Et S. eadem R. C., sub die 11 Decembris proximi praeteriti, rescribendum censuit : Affirmative quoad primam partem in casu, etc. (1735).

Aux processions du Saint-Sacrement, les abbés, revêtus du pluvial, sont accompagnés d'un prêtre ancien, également chapé.

MONTIS CASSINI. — Quaesitum fuit humiliter S. R. C., tam ab abbate curato quam a reliquo clero ecclesiae parochialis S. Pauli

terrae Cervarae Montis Cassini, declarari : An in processionibus Sanctissimi Corporis Christi abbas praedictus, pluviali indutus, incedere debeat cum alio presbytero antiquiori, similiter pluviali induto ?
Et S. eadem R. C. respondit : Affirmative. Die 31 Maii 1698.

Les dignités, aux pontificaux de l'évêque, ont pour insigne le pluvial.

Canonici sumunt sacra paramenta, post episcopum stantes, videlicet illi qui habent dignitates pluvialia ; presbyteri, casulas ; diaconi et subdiaconi, dalmaticas et tunicellas, coloris convenientis, acceptis prius per eosdem canonicos et circa collum compositis amictibus (*Caer. episc.*, l. I, c. xv, n. 6).

A la procession solennelle du Saint-Sacrement, l'archidiacre seul peut porter le pluvial.

SULMONEN. — An solus archidiaconus possit in processione solemni Corporis Christi deferre pluviale ? S. R. C. resp. : Affirmative (1694).

Les dignités, qui accompagnent l'évêque, lorsqu'il assiste pontificalement à un office, ne doivent pas, pendant l'office, quitter le pluvial pour aller célébrer la messe.

LABACEN. — An praepositus vel aliae dignitates episcopo divinis pontificaliter interessenti assistentes, possint inter solemnia hujusmodi deponere pluviale, ad effectum celebrandi missam ? Et S. R. C. respondit : Non licere. Die 3 Junii 1662.

Les archiprêtres défunts doivent être exposés, non revêtus du pluvial et sur une chaise, mais dans leur bière, comme le prescrit le rituel.

MAZARIEN. — Cum S. R. C. innotuerit in oppido Drepani, dioecesis Mazarien., quemdam irrepsisse abusum, nempe collocandi cadavera archipresbyterorum defunctorum, occasione funerum, induta pluviali in sede, secus vero in feretro, ut praescribit Rituale romanum ; S. eadem C. rescripsit : Non licere, et servetur Rituale romanum. Die 21 Aprilis 1736.

Dans les offices solennels et les processions, il convient que les primiciers prennent un pluvial, bien qu'il soit douteux s'ils sont des dignités.

CAPUANA. — Pro parte archiepiscopi Capuani S. R. C. expositum fuit, in sua Ecclesia duas post pontificalem adesse dignitates, nempe decanum et archidiaconum, et duos primicerios, quos aliqui dignitates, alii vero officium potius vel personatus, et non dignitates, esse existimant. Qua de causa inter canonicos dictae Ecclesiae controversia orta est : An in solemnibus celebrationibus et processionibus, dicti duo primicerii debeant capere pluviale, ut solent dignitates, et prout in libro Caeremoniali episcoporum cavetur : an vero debeant tanquam presbyteri et sicut alii canonici planetas accipere ?

Quae quidem S. R. C. ad primum respondit : Convenire, ut duo primicerii, licet dubitetur an sint dignitates, capiant in solemnibus processionibus et celebrationibus pluvialia, sicut capiunt decanus et archidiaconus (1607).

Le prévôt, première dignité, remplaçant l'évêque aux fêtes solennelles, n'a pas droit à l'assistance de quatre prêtres en pluvial, et, pour se prévaloir de la coutume, il faut d'abord prouver qu'elle est immémoriale.

CIVITATIS CASTELLI. — Cum ad instantiam canonicorum cathedralis Ecclesiae civitatis Castelli adversus praepositum ejusdem Ecclesiae supplicatum fuisset S. R. C. pro declaratione infrascriptorum dubiorum : An quando prima dignitas peragit functiones, absente vel impedito episcopo, possit dare tres benedictiones cum SS. Sacramento, habere mensam paratam ad instar ejusdem episcopi, sedem cum tapete, diaconum et subdiaconum, qui sint etiam presbyteri ? Item, an quando eadem dignitas in matutinis festorum solemnium est induta pluviali, et peragit functionem loco episcopi, possit habere quatuor presbyteros similiter indutos pluvialibus, ac si faceret functionem, absente vel impedito episcopo ? Et denique, an in defectum unius ex dictis quatuor presbyteris possit committere uni diacono ut se induat pluviali, an vero debeat facere functionem cum duobus presbyteris tantum pluvialibus indutis, non obstante in omnibus, ut asseritur, in contrarium consuetudine, excepto usu sedis cum tapete ?

Et eadem S. C., die 9 Augusti 1653, respondit ; Quoad 1, 2, 3 et 4, dictum praepositum primam dignitatem non posse uti dictis praerogativis, etiamsi celebraret loco episcopi, et in reliquis mandavit servari dispositionem Caeremonialis. Idem praepositus supplicavit audiri super dictis dubiis, et partibus auditis, ad relationem Eminentissimi D. card. Aldobrandini, eadem S. C. quoad primum respondit : Quod dictus praepositus unica benedictione benedicat cum SS. Sacramento.

Quoad 2. Quod mensa, celebrante praeposito, paretur absque gradibus, et ad formam Caeremonialis.

Quoad 3. Quod servetur Caeremoniale, et decretum ejusdem S. C emanatum de anno 1634.

Quoad 4. Canonicos ipsos debere inservire praeposito pro diacono et subdiacono, reservato jure canonicis probandi assertam immemorabilem consuetudinem in contrarium.

Quoad 5. Quod servetur Caeremoniale, reservato jure ipsi praeposito probandi immemorabilem pro se.

Quoad 6. Non licere assumi pluviale ab his qui non sint sacerdotes, nisi quatenus non adessent duo sacerdotes. Die 7 Martii 1654.

Le prévôt est tenu de céder sa stalle à l'hebdomadier, quand il est vêtu du pluvial, à cause de l'ornement sacré.

MELEVITANA. — An praepositus teneatur cedere stallum canonico hebdomadario, pluviali vel sine induto, seu quale stallum eidem assignandum sit, et quo modo, seu cum tapete, vel sine, in casu? Et S. R. C. rescribendum censuit : Servari solitum, praeterquam in casu quo hebdomadarius sit indutus pluviali, et amplius quoad omnia. Die 3 Februarii 1720.

Lors du couronnement du pape à Saint-Pierre et sa prise de possession à Saint-Jean de Latran, pendant le chant des litanies des *laudes*, les avocats consistoriaux mettent le pluvial sur leur chape violette. Ce pluvial est disposé de façon que l'ouverture corresponde à l'épaule droite et par-dessus est rabattu le chaperon de la chape. Ainsi l'a prescrit Benoît XIV.

L'empereur du Saint-Empire romain avait le privilège, dès le jour de son sacre, de l'aube, de l'étole croisée et du pluvial.

22. Je souscris pleinement à ces judicieuses observations de M. le chanoine Marsaux : « Les rigoristes proscrivent les statues costumées. Nous ne partageons point leur avis. Quand il ne s'agit point d'une œuvre d'art d'un caractère exceptionnel, où est l'inconvénient ? Les vêtements eux-mêmes ne sont-ils pas un prétexte pour la broderie qui, elle aussi, est un art ? Toutefois, il y a des convenances à garder. La Sainte Vierge ne devrait pas être vêtue à la mode du jour, mais *chapée*, ce qui est la tradition de l'Eglise » (*Messager de saint Joseph*, 1897, p. 308).

Sont aussi chapées, en Italie, les statues des saints, aux jours

de leurs fêtes : telles la statue de bronze du prince des apôtres, à Saint-Pierre-du-Vatican ; à Saint-Germain, dans le royaume de Naples, celle du saint évêque.

23. Les chapiers peuvent porter la barrette, mais non la calotte.

LATERANEN. — An usus bireti permitti possit ministris indutis pluviali ? S. R. C. resp. : Permittitur usus bireti, non vero pileoli 1832).

Le jour de l'Annonciation, les vêpres suivant la messe, le célébrant peut, sans aller à la sacristie, quitter à son banc la chasuble, l'étole et le manipule et prendre le pluvial sur l'aube, en raison des circonstances.

MARIANOPOLITANA. — Utrum, festo Annuntiationis B. M. V. intra Quadragesimam occurrente, liceat, ubi non existit obligatio chori, cantare statim post missam vesperas festivitatis ? Et quatenus affirmative, an possit celebrans, depositis casula, stola et manipulo, pluviale super albam induere ? An vero ad sacristiam recedere debeat, et cum superpelliceo et pluviali mox redire ? S. R. C. resp. : Licere, assumpto per celebrantem pluviali super alba aut superpelliceo. Die 18 Maii 1883.

Les religieux qui ont obtenu la permission de faire des processions en dehors de leur monastère, peuvent y porter le pluvial, bien qu'il n'en soit pas fait mention dans l'indult, le pluvial n'étant ni un témoignage, ni un signe de juridiction pour celui qui le porte.

ORDINIS MINORUM OBSERVANTIAE S. FRANCISCI. — Supplicante humiliter P. Procuratore generali Ordinis Minorum Observantium S. Francisci a Sacra Rituum Congregatione declarari infrascripta dubia :

1. An guardiani Ordinis Minorum Observantium S. Francisci provinciarum regni Neapolis, obtenta licentia ab ordinariis locorum, oretenus vel in scriptis, faciendi solemnes processiones per civitates vel oppida, extra limites conventuum suae religionis cum statua aut reliquia alicujus sancti, possint religiosi sui ordinis uti pluviali, licet in licentia obtenta non fuerit expressus usus pluvialis ?

2. An usus pluvialis in processionibus solemnibus sit testimonium et signum jurisdictionis in utente sacerdote ?

S. eadem C. censuit respondendum : Ad 1. Affirmative. Ad 2. Negative. Die 21 Martii 1699.

Aux processions des cierges et des palmes, un chapelain paré peut porter la croix, et les chantres être revêtus du pluvial aux processions des litanies.

COIMBRIEN. — 1. An servari possit asserta consuetudo, ut in processionibus palmarum et candelarum (functionem non peragente episcopo) crucem portet cappellanus per turnum paratus ? 2. An servari possit asserta consuetudo, ut in processionibus litaniarum earumdem cantores incedant pluvialibus induti ? S. R. C. resp. : Ad 1 et 2. Affirmative et amplius (1753).

Le diacre ne peut accompagner les morts avec le pluvial et, muni de la permission du curé, bénir les sépultures.

ANGELOPOLITANA. — An diaconus cum pluviali possit cadavera comitari, ac de licentia parochi benedicere sepulturam ? S. R. C. resp. : Negative (1847).

Les capucins, comme les autres, doivent se conformer à la règle, qui veut que la bénédiction et la procession du Saint-Sacrement se fassent avec le pluvial et l'écharpe.

CAPUCCINORUM. — Utrum tolerari possit quod sacerdos cotta et stola, vel alba et cingulo et stola tantum indutus, peragat expositionem et repositionem SSmi Sacramenti, aut populo cum ostensorio benedicat, vel SSmum Sacramentum in processionibus SSmi Corporis Christi portet ; an potius teneatur ad usum pluvialis in omnibus caeremoniis in quibus caeteri sacerdotes haud Capuccini pluviale portare debent ? S. R. C. resp. : Si agatur de expositione et repositione SSmi Sacramenti, sufficit ut sacerdos cotta et stola sit indutus ; nunquam cum alba, cingulo et stola tantum. In processionibus et benedictione cum SSmo Sacramento in ostensorio impertienda, omnino requiritur ut celebrans pluviale et velum humerale induat, sicuti cautum est decretis 17 Maii 1857 et 22 Junii 1874. Die 17 Dec. 1888.

21. En France, c'était l'usage général, pour plus de solennité, de donner le pluvial à des laïques qui remplissaient les fonctions de porte-croix, d'acolytes et de chantres (1). Le pluvial, étant un

(1) « Il n'est pas rare, disait Mgr Dupanloup, de voir dans certaines pa-

ornement sacré et de dignité ecclésiastique, ne peut être ainsi rabaissé.

La S. C. tolère que, à défaut d'ecclésiastiques, les chantres laïques portent le surplis, mais elle déclare illicite le port du pluvial de la part de gens qui, hors de l'église, ont toujours le costume laïque.

URGELLEN. — Utrum cantores laici qui ex defectu clericorum qui validam vocem habeant, adhibentur in choro cum cotta, quique tamen extra ecclesiam habitu prorsus laicali vestiti semper incedunt, indui possent pluvialibus tam intra praedictum chorum quam extra ecclesiam in publicis supplicationibus, ex quo constat non multum aedificari fideles tales videndo sacris paramentis indutos ?
S. R. C. respondit : Nequeunt laici uti pluvialibus, sed toleratur tantum ut cottam induant, si clerici deficiunt. 22 Aprilis 1871.

Les laïques réguliers ou frères lais, qui, dans les processions, portent la croix ou les chandeliers, ne doivent être revêtus ni de l'aube, ni de la chasuble, ni du pluvial ou de rien de semblable,

CESENATEN. — An laicis regularibus, delaturis in processionibus crucem et candelabra, sit permittendus usus albae, dalmaticae, pluvialis ac similium ? S. R. C. resp. : Negative. Et ita in civitate Cesenaten. servari mandavit. Die 29 Martii 1659.

Le pluvial est absolument requis pour la bénédiction avec l'ostensoir et ne peut être remplacé par la *cappa*.

Benedictio dari non debet cum simplici stola super rochetto vel cappa, sed sacerdos assumere debet pluviale super cotta et stola, vel super rochetto, alba et stola (29 Nov. 1856).

roisses, des chapes toutes en drap d'or pour les chantres, avec des chasubles plus communes pour le prêtre à la sainte messe. Le fait est que, dans beaucoup de paroisses, on a dépensé l'argent avec prodigalité pour habiller, pour dorer des chantres, tandis que, pour l'autel, on ne faisait rien. C'est en France un préjugé de croire que les offices sont plus majestueux, parce qu'on s'est procuré des chapes au milieu du chœur, lesquelles ont ordinairement pour effet de dérober aux regards des fidèles, le prêtre, l'autel, le tabernacle et la sainte eucharistie ; toute l'apparence, tout l'éclat de la religion est dans les chantres ornés de chapes. »

ORD. MIN. CAPUCCINOR. S. FRANCISCI. — In processionibus et benedictione cum SS. Sacramento in ostensorio impertienda, omnino requiritur ut celebrans pluviale et velum humerale induat, sicuti cautum est in Taurinensi, 22 Junii 1874 (S. C. R., 17 Dec. 1888).

Les *Ephemerides liturgicae* affirment que la bénédiction avec le ciboire ne requérant pas cette solennité, il suffit de prendre le surplis, l'étole et l'écharpe (1899, p. 703).

Quand la bénédiction du Saint-Sacrement se donne avec l'ostensoir après la messe, il faut, pour la couleur du pluvial, observer le décret du 9 juillet 1878.


STABIAE. — Quando post missam datur populo benedictio SSmi Sacramenti cum ostensorio, interposito cantu litaniarum et *Tantum ergo*, an color pluvialis debet esse albus vel conveniens colori missæ ? S. R. C. resp. : Servetur decretum in Taggen. 9 Julii 1878, ad 6 Die 12 Martii 1897.

25. Les pluviaux les plus célèbres sont ceux de saint Louis, évêque de Marseille, à Saint-Maximin (Var) ; de Clément V, à Saint Jean de-Latran et à Saint-Bertrand-de-Comminges.

26. J'emprunte au curé d'Ezerville les recommandations suivantes pour la conservation des chapes : l'auteur n'a oublié qu'une chose, c'est de dire que le système qu'il préconise est conforme à la pratique romaine.

Pour bien conserver les chapes, il faut avoir un chapier à l'abri de l'humidité : or, ce meuble n'est pas le plus facile à construire et à placer dans une sacristie. Inutile de parler pour les campagnes des chapiers à tiroirs, sur lesquels on place la chape à plat, en la développant dans toute son étendue ; il y a une autre manière beaucoup plus simple et aussi moins coûteuse d'établir un chapier, surtout dans un local restreint. Pour cela, il faut faire construire une armoire de 3 mètres à 3 mètres 50 centimètres de largeur sur environ 2 mètres de haut, dans laquelle sont posées des équerres ou potences pivotantes, sur lesquelles on place les chapes ployées en deux ; c'est pourquoi on leur donne deux mètres de saillie et autant de hauteur. Ces potences sont posées à pivot sur les côtés de l'armoire ; elles sont disposées de


SIPONTINA. — Cum S. Rituum Congregatio litteris datis 20 Februarii 1649 mandaverit vicario capitulari Sipontino, ut constito ei quod dignitates ecclesiae collegiatae S. Angeli Montis Gargani propria auctoritate assumpserint mitram, id omnino prohiberet, vicarius prohibuit ; et, cum denuo dignitates illas assumpserint, excommunicatas declaravit. Verum quia adhuc non abstinuerint ab illarum usu, nec a divinis, idem vicarius supplicat pro opportuno rimedio. Et S. Rituum Congregatio mandavit rescribi episcopo Trojano pro executione litterarum S. Congregationis circa delationem mitrarum et pro progressu ad ulteriora contra inobedientes, etiam cum appositione interdicti et personarum carceratione, si ita illi videbitur expedire. Et de omnibus fuit etiam certioratus idem vicarius. Die 9 Augusti 1653.

SIPONTINA. — Capitulum Sipontinae metropolitanae Eminentissimis patribus Sacrae Rituum Congregationi praepositis exponi curavit a dignitatibus et canonicis Garganicis hactenus propria auctoritate mitrarum usum assumptum fuisse. S. autem Congregatio (nisi dignitates et canonici praedicti docuerint de privilegio apostolico, quod si aderit, statim archiepiscopus ad eamdem Congregationem transmittat) ut archiepiscopus idem ordinarius usum praedictorum insignium dignitatibus et canonicis Garganicis, etiam sub excommunicationis poena aliisque sui arbitrio prohibeat, injungit. Die 15 Septembris 1657.

SIPONTINA. — Visis ac mature perpensis juribus collegiatae Garganicae super usu mitrarum ab archiepiscopo Sipontino ad S. R. C. de mandato transmissis et ab Emo D. cardinale Franciotto relatis, S. eadem C. censuit bullam Bonifacii IX necnon sententiam archiepiscopi Antonii Marcelli dignitatibus et canonicis collegiatae praedictae nullatenus suffragari, ideoque mitrarum usum eis interdicit ac sub poenis ejusdem S. C. arbitrio prohibet ; jura tamen quae

praeter deducta eisdem obvenerint, S. C. exhibeant ac interim a praedictarum usu omnino sub iisdem poenis abstineant. Die 1 Decembris 1657.

Deux décrets de la S. C. des Rites concernent deux autres indultaires, un prévôt et un doyen.

La S. C. accorde à un prévôt, dans son église seulement et l'évêque non présent, l'usage de la mitre, de la crosse et des autres ornements pontificaux, avec permission de faire les bénédictions pour lesquelles on n'emploie pas le saint chrême, et sans préjudice des droits de l'évêque qui devra donner son consentement, et aussi de porter le violet en dehors de l'église.

REGIEN. MIRANDULA. — Ad petitiones porrectas pro parte principis et praepositi oppidi Mirandulae, Regien. dioecesis, S. R. C. censuit : Praeposito praedicto ecclesiae Mirandulanae concedi posse usum mitrae et baculi et aliorum indumentorum pontificalium, in ecclesia tantum et in absentia episcopi, et facultatem benedicendi paramenta, missalia et alia similia, in quibus non adhibetur oleum sanctum vel sacrum chrisma, et sine ullo episcopi praejudicio : extra ecclesiam vero habitum violaceum, prout in supplicatione. Et SS. D. N., audita Congregationis sententia, annuit, dummodo haec omnia fiant de consensu episcopi et non aliter. Die 7 Februarii 1604.

Le doyen de l'église Saint-Michel, à Lucques, peut, par concession de Léon X, prendre une mitre ornée de petites perles.

LUCANA. — Joanni Paulo Gigli, decano S. Michaëlis civitatis Lucanae, petenti an indultum Leonis X sibi suisque successoribus suffragari videatur, quin per decretum novissime emanatum super usu pontificalium abstineri debeat ab usu mitrae cum gemmis et baculi sine velo albo appenso, prout hactenus a fundatione suae dignitatis in vim praefati indulti ea adhibere sui praedecessores consueverunt. S. R. C. responderi mandavit : Mitram sibi suisque successoribus competere parvis margaritis ornatam, ad praescriptum capituli *Ut apostolicae*, de privileg. in 6, et *Caeremonialis episcop.*, c. XVII, l. I. Quo vero ad baculum, in hoc casu non comprehendi in decreto novissimo. Die 11 Septembris 1660.

29. La mitre et la crosse sont deux insignes corrélatifs, c'est-à-dire que dans une *parure* complète, l'un ne va pas sans l'autre.

Cum usus baculi et mitrae sint correlativa et cui unum conceditur, aliud etiam concedendum esse in consequentiam intelligatur. (Décret de la Congrégation des Rites, 8 janvier 1603.)

Cette règle admet cependant des exceptions et tous les deux peuvent, en certaines circonstances, se trouver séparés. Je n'en citerai que quelques exemples : hors de son diocèse, l'évêque garde la mitre, qui indique l'ordre, mais est privé de la crosse, signe de la juridiction qui lui fait défaut ; au *Magnificat*, l'évêque, debout à son trône, s'appuie sur sa crosse, tête nue.

Ipse vero episcopus, mitra deposita, retento tamen baculo inter manus junctas, stat usque ad finem cantici (*Caer. episc.*, l. I, c. II, n. 16).

L'archevêque, quand il bénit solennellement, quitte la mitre par respect pour sa croix qu'on tient devant lui, quoiqu'il ait la crosse à la main :

Si vero sit archiepiscopus, aut alias utens cruce, allata illi per capellanum ante se, deposita mitra, illi caput profunde inclinat : mox benedictionem dat (*Ibid.*, n. 19).

De plus, protonotaires et chanoines n'ont pas droit à la crosse, bien que la mitre leur ait été concédée.

21. Aux enterrements et anniversaires des évêques, la mitre ne doit pas orner le cercueil ou le catafalque. Dans le premier cas, on se contente du chapeau vert apposé aux pieds du défunt.

Ad pedes ejus ponatur pileus pontificalis, floccis sericis viridibus ornatus (*Caer. episc.*, l. II, c. XXI).

22. La mitre suppose, d'ordinaire, la parure complète, c'est-à-dire qu'elle s'associe, pour la messe, les vêpres, les bénédictions et consécrations, soit avec la chasuble, soit avec le pluvial.

Deinde pluviale... et sedens mitram pretiosam (*Caer. episc.*, l. II, c. I, n. 4). — Tum sedenti episcopo imponitur per diaconum mitra pretiosa, sumpta de manibus capellani de illa servientis, subdiacono vittas elevante (*Ibid.*, c. VIII, n. 21). — Pontifex... paratus supra rochetum... amictu, stola, pluviali albi coloris et mitra (*Pontif.*

rom., De confirmandis). —Pontifex paratus supra rochetum..., amictu, alba, cingulo, stola et pluviali albi coloris et mitra simplici (*Ibid.*, *De bened. et impos. prim. lapid.*).

Cependant, il est des cas où l'évêque prend la mitre, même n'étant pas paré, c'est-à-dire vêtu simplement du rochet et de l'étole, par exemple les consécrations et bénédictions qui se font sans solennité.

Pontifex, ad consecrationem calicis vel cujuslibet indumenti seu ornamenti ecclesiastici procedere volens, debet semper stolam circa collum habere et mitram tenere poterit ubi convenit (*Pontif. rom.*).

De même pour la confirmation donnée d'une manière privée :

In privata hujus sacramenti administratione, episcopus induet stolam albi coloris supra rochetum et utetur mitra, dum unctionem peraget in fronte confirmandi (Martinucci, *Manual. sacr. caerem.*, l. VII, p. 8, n. 47).

Quand des raisons majeures ne permettent pas à l'évêque de confirmer avec la mitre, il peut ne pas la prendre, pourvu qu'il se conforme autant que possible au cérémonial.

SCARDONEN. — Episcopus Scardonensis sub dominio Turcarum existens, cum sine vitae periculo exercere non possit sacramentum chrismatis cum mitra, supplicavit sibi concedi ut sine illa chrismate uti possit. Et S. R. C., attentis narratis, censuit : Gratiam petitam episcopo oratori pro ejus conscientia esse concedendam, dummodo, quoad fieri potest, in reliquis Pontificali romano se conformet. Et relatione facta SS., Sanctitas Sua benigne annuit. Die 8 Augusti 1643.

BOSNEN. — Episcopus Bosnen., Turcarum imperio obnoxius, ne quoties chrismatis sacramentum administrat, imminenti vitae discrimini se committere teneatur, illud idem sine mitra et baculo exercendi facultatem supplex expostulavit. Et Sac. R. C. resp. : Dummodo enarrata veritati nitantur, et in reliquo Pontificalis romani leges serventur, episcopo oratori sacrum sine mitra et baculo pastorali chrisma perficere concessit. Die 18 Decembris 1647.

Mais la mitre, sous aucun prétexte, ne peut être prise ni avec la *cappa*, ni encore moins avec la mozette (1).

(1) On lit dans la *Semaine religieuse de l'archidiocèse d'Albi*, 1895, p. 27 :

Lorsque, à l'offertoire de la messe solennelle, l'évêque met l'encens pour l'encensement des oblats, il ne doit pas avoir la mitre.

OLMUCEN. — Utrum mitram assumere debeat episcopus, dum in missa solemni thus imponit pro thurificandis oblatis ? S. R. C. resp. : Negative. 1870.

23. L'évêque ne se coiffe ni ne se décoiffe pas lui-même, excepté aux chapelles papales et aux sessions d'un concile œcuménique. Il reçoit la mitre assis, ou encore incliné, s'il n'est pas au trône, des mains du diacre de l'évangile ou du premier chanoine assistant, pendant que le sous-diacre ou le second chanoine soulève les fanons. Il est également assis ou s'incline légèrement quand elle lui est ôtée, soit par le sous-diacre, soit par le second chanoine assistant.

Sedet, accepta per primum diaconum assistentem mitra (*Caer. episc.*, l. II, c. VIII, n° 36). — Aufertur episcopo per assistentem a sinistris gremiale et mitra (*Ibid.*, n. 37).

Chaque fois que la mitre est enlevée, le premier assistant aura soin d'aplanir les cheveux avec la calotte :

Pileolum vero per assistentem a dexteris, complanatis cum eo capillis, quod penes se retinet (*Ibid.*).

24. Les prêtres, qui, à défaut d'autres évêques, assistent, par indult du Saint-Siège, un évêque consécrateur, au sacre d'un élu, n'ont pas le droit de prendre la mitre en cette circonstance.

CARTHAGINEN. IN INDIIS. — R. P. Petrus Brioschi, vicarius generalis dioeceseos Carthaginen. in Indiis, sequens dubium S. R. C. pro opportuna solutione humillime subjecit, nimirum : Quotiescumque in Carthaginensi dioecesi aliqua consecratio episcopi fit, simplices sacerdotes qui, Sancta Sede benigne annuente, adsistere solent episcopo

« Avant le salut, le vénérable jubilaire (le cardinal Richard, archevêque de Paris), portant l'étole blanche, la mozette rouge et la mitre d'or, est monté en chaire. » La mitre ne va qu'avec les autres pontificaux : le cardinal Donnet, archevêque de Bordeaux, la portait même avec la *cappa magna*, comme on peut le constater sur une toile du musée d'Angoulême.

consecranti, aliarum dioecesum exemplum secuti, mitra utuntur. Queritur utrum toleranda sit haec consuetudo ? Et S. eadem C., exquisito voto alterius ex apostolicarum caeremoniarum magistris, ita proposito dubio rescribendum censuit, videlicet Negative. Atque ita rescripsit. Die 20 Julii 1894.

CHAPITRE X

LA CROSSE

1. Définition. — 2. Forme. — 3. Boite. — 4. Droit. — 5. *Spolium*. — 6. Signe de juridiction. — 7. Port. — 8. Pontificaux. — 9. Matière. — 10. Symbolisme. — 11. Bénédiction. — 12. Réception. — 13. Usage. — 14. Evêque suffragant. — 15. Porte-crosse. — 16. Pape. — 17. Chanoines. — 18. Don de Pie IX.

1. Le mot français *crosse* est la traduction littérale de ces deux expressions de la basse latinité *crocia* et *crossa*, qui signifient *bâton d'appui, béquille, potence*. Dans le langage liturgique on dit, avec raison et d'une manière plus expressive, *baculus pastoralis* et en italien, par abréviation, *pastorale*. C'est, en effet, la houlette ou *bâton des pasteurs* des âmes et l'insigne symbolique de leur juridiction spirituelle.

2. La crosse se compose de deux parties : la *hampe* et la *volute*. La hampe, qui sert de support, est divisée également par des *nœuds* et terminée en *pointe* à la partie inférieure. La volute, qui s'arrondit en forme d'ornement, a, à sa base, un *nœud* saillant et une *douille*, dans laquelle s'enfonce la hampe.

Les armoiries se gravent au sommet de la hampe.

3. La crosse se démonte par morceaux et se dépose, quand on n'en fait pas usage, dans une boîte longue, marquée sur le couvercle aux armes du dignitaire. Pour les fonctions, on l'appuie contre la crédence.

4. La crosse appartient de plein droit aux cardinaux de l'ordre des évêques et des prêtres et aux évêques : par concession pontificale, aux abbés commendataires et aux abbés réguliers. Elle est interdite aux abbesses et aux protonotaires apostoliques.

SYPONTINA. — Moniales S. Clarae et S. Benedicti civitatis Sypontinae declarari petierunt : An earum abbatissis liceat in choro adhibere baculum episcopalem, eumdemque liceat, cum exponantur abbatissarum earumdem cadavera, earum manibus aptari vel prope apponi ? Et S. R. C. jussit : Admoneatur episcopus, ut hujusmodi abusum dirimat. Die 29 Jan. 1656.

Non baculo pastorali utantur (*Const.* Apost. Sedis *de Pie IX*).




Fig. 37. Crosse épiscopale.

5. Les cardinaux, s'ils n'ont pas demandé au pape la faculté de tester, léguent en mourant leur crosse au trésor de la chapelle Sixtine et les évêques à celui de leur église cathédrale.

6. La crosse, par sa volute recourbée, symbolise une juridiction qui a des limites. Aussi le pape, quoique évêque de Rome, ne la porte pas, parce que sa juridiction s'étend à la catholicité tout en-

tière. Les cardinaux-prêtres ne peuvent s'en servir que dans leur titre et les évêques dans leur propre diocèse, et ailleurs, seulement avec la permission de l'Ordinaire, ou s'ils font une consécration, une ordination ou une bénédiction personnelle.




Fig. 38. Crosse à *velum*.

Utitur episcopus baculo pastorali in sua tantum civitate vel dioecesi et etiam alibi, ex permissione loci Ordinarii et ubi consecrationes aut ordinationes vel benedictiones personales facere, ipsi Apostolica auctoritate conceditur (*Caer. episc.*, l. 1, c. XVII, n. 5).

Les abbés n'ont pas le droit de la prendre, même avec l'assentiment de l'Ordinaire, en dehors de leur monastère ou de leur territoire et, pour exprimer que leur juridiction est liée et restreinte plus que celle des évêques, ils ajoutent à la volute un ruban blanc pendant, appelé liturgiquement *velum*.

Baculum pastoralem albo velo appenso deferant ; ab iisque et aliis pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra ecclesias sibi subjectas prorsus abstineant, et neque in processionibus, quae ab eorum ecclesiis per vias extra ambitum vel parochiam ducuntur, insigniis praedictis utantur, vel penes se perferri faciant (S. R. C., 27 Sept. 1659).

7. La crosse se porte de la main gauche, afin de laisser la main droite libre pour bénir. Les évêques tournent la volute en dehors et les abbés en dedans, parce que, pour ces derniers, la juridiction est intérieure.

8. La crosse ne se prend jamais seule, mais concurremment avec les autres insignes pontificaux. Elle suppose le prélat *paré* et va de pair avec la mitre.

Mitra et baculus in episcopo sunt correlativa (*Caer. episc.*, l. I, c. XVII, n. 8).

On n'en fait pas usage aux jours de deuil, parce que la juridiction ne s'exerce que sur les vivants et ne s'étend pas aux morts.

Excipiantur tamen ab hac regula officia et missae pro defunctis, in quibus usus baculi cessat (*Ibid.*, n. 9).

9. La crosse est en or ou vermeil pour les cardinaux et les patriarches, en argent pour les archevêques et évêques, en bois pour les trappistes, d'après leurs constitutions.

10. La Glose du droit a fixé ainsi le symbolisme de la crosse : les *pécheurs* sont *attirés* par la courbe de la *volute*, les *justes conduits* avec la *hampe* droite et les *retardataires stimulés* par la *pointe* aiguë.

In baculi forma, praesul, datur haec tibi norma :
Attrahe per curvum, medio rege, punge per imum ;
Attrahe peccantes, justos rege, punge vagantes ;
Attrahe, sustenta, stimula, vaga, morbida, lenta.

Les oraisons du *Pontifical* expriment une idée analogue : *correction* des vices par la *pointe*, *fermeté* par la *hampe*, *miséricorde* par la *volute*.

11. La crosse reçoit une bénédiction spéciale du consécrateur le jour du sacre, par cette oraison, suivie d'une aspersion d'eau bénite :

Sustentator imbecillitatis humanae, Deus, bene † dic baculum istum et quod in eo exterius designatur, interius in moribus hujus famuli tui tuae propitiationis clementia operetur.

12. Le consécrateur la remet à l'élu en disant :

Accipe baculum pastoralis officii, ut sis in corrigendis vitiis pie saeviens, judicium sine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens.

Pour les abbés, la formule offre cette double variante, à la tradition de la crosse et à l'installation sur le siège abbatial :

Accipe baculum pastoralis officii, quem praeferas catervae tibi commissae, ut sis in corrigendis vitiis pie saeviens, et cum iratus fueris, misericordiae memor eris.

Accipe plenam et liberam potestatem regendi hoc monasterium et congregationem ejus, et omnia quae ad illius regimen interius et exterius spiritualiter et temporaliter pertinere noscuntur.

13. La crosse est de rigueur aux offices pontificaux, messe, vêpres, salut, processions, et, pour les évêques, à toutes les fonctions épiscopales, ordinations, bénédictions, confirmations, consécrations. Elle sert quand on marche et quand on bénit solennellement ; on s'appuie dessus des deux mains pendant l'Evangile et le *Magnificat*.

Utitur ergo episcopus baculo pastorali in sua tantum civitate et dioecesi et etiam alibi, ex permissione loci Ordinarii et ubi consecrationes aut ordinationes vel benedictiones personales facere ipsi apostolica auctoritate conceditur.

Utitur autem in omnibus processionibus, quae si longioris viae fuerint, faciet illum ante se immediate deferri a ministro qui de eo servit, pluviali induto, quem portabit ambabus manibus a terra elevatum ; si in aliqua ecclesia sit consuetudo vel privilegium ut aliquis de capitulo dignitatem habens, baculum ante episcopum deferat, servari poterit. Si vero processionis via fuerit brevis, poterit ipsemet episcopus sinistra manu illum deferre ; quod intelligendum est, quando episcopus erit paratus pluviali et mitra.

Item in vesperis pontificalibus, dum procedit paratus de altari ad sedem vel econtra, et dum dicitur canticum *Magnificat*, etc., ac dum populo benedicit.

Item in missa pontificali, dum procedit de secretario ad altare, et

cum ad eumdem locum revertitur; et quoties de altari ad sedem. vel de sede ad altare procedit : dum evangelium cantatur; cum in medio missae et in fine dat benedictionem solemnem, videlicet dum incipit producere signum crucis et non prius; et in omnibus actibus pontificalibus, qui per ipsum episcopum exercentur, ut in ordinationibus, benedictionibus, consecrationibus, et hujusmodi, quae in suis locis propriis habentur; dummodo, ut dictum est, episcopus sit paratus pluviali et mitra, aut saltem mitra et stola; nam mitra et baculus in episcopis sunt correlativa.

Excipiuntur tamen ab hac regula officia et missae pro defunctis, in quibus usus baculi cessat (*Caer. episc.*, l. I, c. XVII, n. 6, 7, 8, 9).

14. L'évêque suffragant peut, dans un autre diocèse, porter la crosse avec le consentement de l'Ordinaire et dans les cas prévus par le droit.

S. JACOBI DE CHILE. — An in aliena dioecesi episcopi suffraganei baculum pastoralem deferre valeant? S. R. C. resp. : Affirmative, ex permissione archiepiscopi vel episcopi ordinarii loci et quando tenuerint ordinationes, consecrationes aliasque functiones in quibus, juxta regulas libri Pontificalis, baculo pastorali uti debent et necesse est, juxta Caerem. episcoporum, l. I, c. XVII et decret. Bracharen., 1 Septembris 1607. 6 Sept. 1895.

L'évêque ne peut prendre la crosse quand il n'a que la *cappa* : il doit pour cela être vêtu pontificalement.

Non tamen tunc utitur baculo pastorali, quia non est paratus (*Caer episc.*, l. II, c. II, n. 11).

15. Le porte-crosse, pour ne pas salir la hampe, la saisit avec les manches de son surplis. Il la tient aux processions devant l'évêque, à deux mains et levée de terre. Les gants lui sont défendus et il est loisible, pour plus de solennité, de le revêtir d'une chape de la couleur du jour.

Quem (baculum) manu dextera cottae extremitate cooperta tenebit, sed nudum, nulloque panniculo appenso, illum episcopo, cum opus erit, offeret (*Caer. episc.*, l. I, c. XI, n. 5). — Per Caeremoniale, l. I, c. XI, n. 5 et 6, cautum est ne minister baculum aut mitram gestans eam nudis manibus tangat, sed nihil tale statuitur circa ministros qui de libro, gremiali, thuribulo et navicula, candelabris serviunt :

quaeritur ergo an liceat hos ministros, atque illos qui serviunt de baculo aut mitra uti chirothecis ? S. R. C. resp. : Negative.

16. Le pape ne se sert pas de crosse aux pontificaux ; mais, à certains moments, comme aux consécrations d'églises et d'autels, aux sacres d'évêques et aux ordinations, ainsi que pour la bénédiction du concile œcuménique, pendant le chant des litanies, il tient dans la main gauche la férule d'or.

17. Les chanoines ne peuvent prendre la crosse qu'autant qu'ils y sont autorisés par indult apostolique. Une concession de ce genre a été faite au chapitre de l'église métropolitaine de Syracuse, mais avec cette double restriction : que la crosse aura le *velum* ou ruban et qu'il n'en sera fait usage que pendant la vacance du siège. Le bref a été donné par Pie IX, le 21 mars 1850 : « Sede archiepiscopali vacante, (usum) baculi pastoralis cum velo. »

Le prévôt d'une église ne peut, en vertu d'une coutume immémoriale, pendant la messe, à moins d'un indult spécial du Saint-Siège, porter la crosse et l'anneau, et bénir le peuple comme les évêques.

An, attenta immemorabili, praepositus alicujus ecclesiae tuta conscientia possit inter missarum solemnia uti baculo et annulo, nec non pontificali more populo benedicere ? S. R. C. resp. : Non posse, nisi constituto sibi de speciali Sedis Apostolicae indulto. Die 4 Augusti 1657.

18. Mgr Guibert, archevêque de Paris, a reçu la lettre suivante du nonce du pape, Mgr Chigi :

Paris, 11 novembre 1871.

Monseigneur,

Sa Sainteté m'a ordonné de présenter à Votre Grandeur, à son arrivée au siège métropolitain de Paris, une belle crosse que Notre Saint-Père lui destine, comme témoignage de son affection paternelle et comme gage de la bénédiction apostolique que le même Souverain Pontife fait descendre sur la grande mission que Monseigneur va entreprendre dans le nouveau diocèse qui lui est confié.

Sa Sainteté désire, en outre, que ladite crosse soit votre propriété, Monseigneur, mais qu'après vous et après que vous aurez gou-

verné pendant de longues années le diocèse de Paris, elle passe au même diocèse pour l'usage de vos successeurs.

Heureux de m'acquitter auprès de Votre Grandeur de l'accomplissement des ordres vénérés de Notre Saint-Père, je vous prie, Monseigneur, de me faire savoir si je dois dès à présent déposer dans vos appartements, à l'archevêché, le don du Souverain Pontife, ou bien si je dois attendre que Monseigneur s'y trouve établi.

Veuillez en attendant, Monseigneur, agréer le nouvel hommage que je suis bien satisfait de vous offrir en cette circonstance, de la haute et très affectueuse considération avec laquelle je suis,

Monseigneur,
De Votre Grandeur
Le très humble et très dévoué serviteur,

FLAVIUS, archevêque de Myre, Nonce apostolique.

CHAPITRE XI

LE TRONE

1. Définition. — **2.** Droit. — **3.** Siège fixe. — **4.** Siège mobile. — **5.** Usage personnel. — **6.** Place. — **7.** Marches. — **8.** Matière et forme. — **9** Dossier. — **10.** Dais. — **11.** Garniture. — **12.** Restriction. — **13.** Exposition du Saint-Sacrement. — **14.** Tierce. — **15.** Sermon. — **16.** Abbés. — **17.** Symbolisme. — **18.** Erection et entretien. — **19.** Protonotaires. — **20.** Assistants.

1. Le trône est un honneur rendu au pape, au cardinal et à l'évêque, en raison de leur éminente dignité. Si l'évêque domine ceux qui l'entourent, dit saint Ambroise, c'est afin qu'il puisse voir tout son troupeau et en être vu lui-même (1). D'après saint

(1) « Oportet ut in congregatione christianorum praepositi plebis eminentius sedeant, ut in ipsa sede distinguantur, et eorum officium satis appareat ; non tamen, ut inflentur de sede, sed ut cogitent sarcinam, unde reddituri sint rationem ». (S. Augustin., *in Epist.* CCXXXIV)

« Quid aliud interpretatur episcopus nisi superinspector, maxime cum

Nil, il symbolise le Christ enseignant par ses apôtres et leurs successeurs. Eusèbe rapporte que de son temps on montrait encore le siège de saint Jacques, premier évêque de Jérusalem (1).

2. Le trône compète de droit au pape en tout lieu ; aux cardinaux, dans leur titre ou diaconie et, hors de Rome, partout où ils se trouvent. L'évêque, en leur présence, doit s'effacer devant eux et leur céder son propre trône.

Si forte aliquis S. R. E. cardinalis legatus de latere vel non legatus, rei divinae interesset, convenit ei sedes episcopalis ; episcopus vero, si celebret, in faldistorio in cornu epistolae : si non celebret, et chorus sit in presbyterio sub tribuna, sedebit in digniori parte chori (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 4).

L'archevêque a droit de siéger dans toute sa province ; seulement, lorsqu'il est dans le diocèse d'un de ses suffragants, il n'a que la seconde place, l'évêque occupant la première. On lui érige, en conséquence, un trône du côté de l'épître, semblable en tout à celui de l'évêque, sans une marche de plus.

Metropolitanus habebit aliam sedem ex opposito in cornu epistolae, similiter ornatam ut sedes episcopalis (*Ibid.*, n. 9).

LANCIANEN. — An liceat episcopo erigere sibi thronum episcopalem a dexteris altaris majoris, in quo asservatur S. S. Eucharistiae sacramentum, cum quatuor gradibus, et archiepiscopus sub suo throno praetendat habere quinque gradus ? — S. R. C. resp. : Prohiberi. 5 Jul. 1631.

3. L'évêque a son siège fixe dans sa cathédrale. Selon l'usage italien, autorisé par Benoît XIII, il en est de même dans les collégiales.

COIMBRIEN. — In modum throni immobilis (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 3). — An sedes episcopi in choro existens fixa et immobilis,

in solio in ecclesia editiore resideat et ita cunctos respiciat, ut et cunctorum oculi in ipsum respiciant. » (S. Ambrosius. *De dignitate sacerdotali*, cap. VI.)

(1) « Jacobi apostoli cathedram, qui primus ad Hierosolymitanae Ecclesiae episcopatum electus a Servatore et ejus apostolis, ad istud tempus servatam, episcopi qui illic ordine successerunt, omnibus ostendunt. » (Eusebius, *Histor.*, l. VII, c. XIX.)

seu amovibilis vel portatilis esse debeat? Respondit S. R. C.: Sedem episcopi debere esse fixam et immobilem, juxta dispositionem libri Caeremonialis in titulo de sedibus episcopi, etc., licet juxta dispositionem loci possit amoveri, et in alio loco opportuno et decenti locari. 23 Maii 1603.

4. Dans toute l'étendue de son diocèse, même chez les réguliers, on lui dresse un trône mobile pour les pontificaux.

AQUILANA. — In causa Aquilana inter episcopum et abbatem monasterii Collismadii, congregationis Coelestinorum, ordinis sancti Benedicti, a jurisdictione episcopi exemptum, circa sedem in ecclesiis monialium sitis sub jurisdictione ipsius abbatis locandam pro ipso abbate in praesentia episcopi, in S. R. C. proposita, visis et auditis juribus et rationibus hinc inde deductis; Eadem S. C. R. respondit : In casu proposito sedem pro episcopo locandam esse in digniore parte chori sive ecclesiae, cum ornatu congruo et gradibus, ac situ superiori respectu sedis abbatis, qui, praesente episcopo, in suis ecclesiis monialium exemptis sedere debebit vel apud episcopum a sinistris in sede camerali absque aliquo ornatu et gradu, vel in parte ecclesiae et conspectu episcopi, in loco tamen inferiori respectu sedis episcopi, in alia sede similiter absque ornatu cum uno tantum parvo gradu non excedente dimidium palmi Et ita censuit et declaravit, et a praedictis abbatibus Coelestinorum exemptis in locis et ecclesiis suae jurisdictioni subjectis, ipso episcopo praesente, servari mandavit. Die 18 Martii 1617.

MONACHORUM OLIVETANORUM. — An ipsi sicuti tenentur erigere baldachinum pro episcopo accedente ad eorum ecclesias, ita pariter teneantur in casu quo accedit capitulum cathedralis sine episcopo? Et S. R. C. respondit : Teneri monachos in utroque casu erigere baldachinum. Die 20 Decembris 1628.

5. Le trône est tellement personnel et propre à l'évêque, que nul autre que lui ne peut l'occuper, fût-ce un personnage ayant des droits au même honneur dans la même église.

ACERNEN. — An liceat et sit permittendum thronum, paratum pro episcopo, deservire domino loci in ecclesiis regularium? Et S. R. C. respondit : Non licere, neque ullo modo permittendum. Die 14 Januarii 1640.

La S. C. des Rites refuse d'accorder aux évêques suffragants et ti-

tulaires l'usage du trône épiscopal, avec l'assentiment de l'Ordinaire.

S. JACOBI DE CHILE. — An episcopi suffraganei et titulares solemniter celebrantes sedere in sede archiepiscopi vel episcopi propria in throno, cum sola ipsius loci Ordinarii licentia ? S. R. C. resp. : Dilata. 6 Sept. 1895.

Si la question est réservée en droit, dans la pratique elle se résout par la concession gracieuse de l'Ordinaire, ce qui n'est pas normal, car le trône implique nécessairement la juridiction, et alors l'office au fauteuil n'a plus sa raison d'être.

6. La place du trône varie suivant la disposition de l'autel. Si l'autel est en avant, le trône sera au fond de l'abside, en face de l'autel ; si celui ci est relégué à l'extrémité du chœur, il se met à droite, du côté de l'évangile, dans le sanctuaire.

Sedes episcopi vario modo collocatur pro diversitate altarium, apud quae statui debet. Nam aut altare est in medio sub tribuna, pariete disjunctum, ita ut in spatio illo constitutus sit chorus, et tunc sedes episcopalis e regione altaris parieti applicabitur, ita ut episcopus in ea sedens respiciat recta linea mediam altaris partem, habebitque hinc inde sedilia canonicorum. Si vero chorus sit in medio Ecclesiae et altare adhaereat parieti vel ab eo modico sit intervallo separatum, ipsa sedes episcopalis erit collocanda a latere evangelii (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 1, 2).

Dans une église de réguliers, l'évêque a droit au trône et toujours à la place la plus digne.

FANEN. — S. Rituum Congregatio, inhaerendo aliis decretis in similibus editis, iterum declaravit episcopo Fanensi competere usum baldachini in omnibus ecclesiis regularium suae dioecesis et ita decrevit. Die 5 Aprilis 1679.

7. Le Cérémonial des évêques sera fidèlement observé relativement à la place que doit occuper le trône, quand l'évêque officie, et aucune coutume contraire n'est admise, à moins qu'elle ne soit justifiée devant la Congrégation des Rites et formellement autorisée par elle.

CONCHEN. — In causa Conchen. caeremoniarum inter episcopum Conchen. ex una, et decanum et capitulum ejusdem Ecclesiae ex altera partibus, quae jam pendebat in Rota et a Rota, de Sanctitatis Suae

expresso ordine et mandato, ad S. R. C. remissa et ab eadem S. R. C. commissa fuit Illño et Rño D. cardinali Lancellotto die 18 mensis Februarii 1617. In eadem congregatione, quae habita fuit in palatio solitae residentiae Illñi et Rñi D. cardinalis de Monte, visis et consideratis juribus et rationibus ambarum partium, et audita relatione praedicti Illñi et Rñi Domini cardinalis Lancellotti nec non votis et sententiis omnium et singulorum Illñorum DD. cardinalium in dicta congregatione praesentium; eadem S. R. C. censuit et declaravit in ecclesia Conchen., tam circa situationem sedis episcopalis, quando episcopus solemniter celebrat, quam circa caeremonias servandas a decano, capitulo et canonicis ejusdem Ecclesiae, servandum esse librum Caeremoniale episcoporum, jussu fe : re : Clementis papae VIII editum et impressum pro omnibus ecclesiis metropolitanis, cathedralibus et collegiatis juxta constitutionem approbationis dicti libri ejusdem fel. record. Clementis papae VIII, in principio ejusdem libri impressam : reservata tamen facultate decano, capitulo et canonicis, probandi quidquid voluerint tam in curia quam in partibus circa allegatam immemorabilem et laudabilem ejusdem Ecclesiae consuetudinem : interim tamen, dum fient probationes, ejusdem Caeremonialis exequutionem et observantiam non esse retardandam.

Sed quia postea pro parte dictorum decani, capituli et canonicorum ejusdem Ecclesiae Conchen. ad SSñum D. N. fuit habitus recursus, eadem Sanctitas Sua iterum eos in eadem congregatione audiri mandavit, prout in exequutione istius mandati auditi fuerunt in alia congregatione, pariter habita in palatio solitae residentiae Illñi et Rñi D. cardinalis de Monte hac die infrascripta; in qua praesentes fuerunt cum ipso Illño de Monte Illñi et Rñi DD. cardinales Bellarminus, Millinus, Crescentius, Lancellotus, Mutus, Sabellus, Priolus, Farnesius, Perettus et Ursinus, in qua, visis et auditis eisdem juribus iterum hinc inde tam pro parte episcopi Conchen. quam pro parte decani, capituli et canonicorum ejusdem Ecclesiae deductis et aliis de novo tam in facto quam in jure allegatis, ac etiam votis et sententiis omnium et singulorum praedictorum DD. cardinalium in eadem congregatione praesentium, nemine discrepante, eadem S. R. C. a supradicto decreto facto sub die 18 Februarii proxime praeteriti pro observatione libri Caeremonialis non esse recedendum, sed in eo persistendum censuit et declaravit, et ita in civitate et Ecclesia Conchen. a decano, capitulo et canonicis ejusdem Ecclesiae servari mandavit. Die 18 Martii 1817.

7. Le trône comprend quatre parties les :marches, le siège, le dossier et le dais.

Les degrés pour monter au trône sont au nombre de trois, chiffre réglementaire. Ils doivent être en bois ou en pierre, qu'on recouvre d'un tapis. Le palier sera assez large pour contenir le siège épiscopal, à droite et à gauche les escabeaux des deux chanoines assistants et sur le côté celui du prêtre assistant. Il faut




Fig. 39. Trône de la chapelle Sixtine.

prendre garde que les marches dominent les stalles des chanoines, ne dépassent pas en hauteur le niveau de l'autel et laissent un espace libre entre elles et celles de l'autel.

Quelquefois on les fait en demi-cercle : la symétrie veut qu'elles soient carrées, comme le dais auquel elles correspondent.

Utroque autem casu tribus gradibus ad eam ascendatur, qui pannis aut tapetibus tegantur (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 3).

ELVEN. — An possit episcopus parare sibi sedem in cornu evangelii cum tribus gradibus, illamque ornare etc. ? Sac. R. Congregatio respondit : Servandam esse formam libri Caeremonialis episcoporum in titulo de sedibus episcopi. l. I, c. XIII. 10 Jan. 1604.

LANCIANEN. — 1. An liceat archiepiscopo erigere sibi thronum episcopalem a dexteris altaris majoris in quo asservatur SS. Eucharistiae sacramentum cum quatuor gradibus, et archiepiscopus sub suo throno praetendat habere quinque gradus ? 2. An liceat eidem archiepiscopo sterni facere tapeta in suis gradibus, quando gradus altaris stant nudi sine paramentis ? Et S. R. C. mandavit : In casu proposito utrumque prohiberi. Die 5 Julii 1631.

ISERNIEN.— Capitulum cathedralis Isernien., exponens episcopum loci erexisse thronum cum gradibus excedentibus altitudinem altaris majoris, et sterni fecisse tapeta supra gradus throni, gradus autem altaris nudos remanere, supplicavit declarari an haec liceant ? Et S. R. C. respondit : Non licere. Die 2 Augusti 1631.

SEPTEMPEDANA. — An liceat episcopo retinere in ecclesia cathedrali thronum cum quatuor gradibus ? S. R. C. resp. : Licere retinere thronum cum tribus gradibus et suppedaneo. 1715.

URBINEN. — An liceat episcopo habere thronum cum quinque gradibus in casu, etc. ? S. R. C. resp. : Negative et servetur *Caer.*, l. I, c. XIII. 1737.

MELPHITEN. — An liceat episcopo retinere suam sedem episcopalem seu thronum sex gradibus elevatum, seu potius ipse teneatur hanc sedem reducere et dimittere ad tres tantum gradus, juxta legem Caeremonialis, l. I, c. XIII ? S. R. C. resp. : Esse reducendam sedem episcopalem ad tres gradus et unum suppedaneum, ita tamen ut sedes praedicta sit inferior mensa altaris et superior stallis canonicorum. 1740.

MELPHITEN. — An liceat episcopo retinere thronum sex gradibus elevatum, seu potius sit reducendus ? S. R. C. resp. : Reducendam esse sedem episcopalem ad tres gradus, et unum suppedaneum. 1743, 1744.

URBANIEN. — An canonici Urbaniae, gaudentes ab erectione cathedralis jure duorum graduum in choro, possint habere in pres-

byterio scamnum cum duobus gradibus, non secus ac in choro quando episcopus assistit in sua sede collocata in cornu evangelii quatuor gradibus e terra erecta? Sacra Rit. Congregatio respondendum censuit : Negative et episcopalis etiam thronus quoad gradus uniformis sit institutis Caeremonialis episcoporum, l. I, c. XIII, n. 3. Die 12 Septembris 1840.

Sedebit (presbyter assistens) in aliquo scabello prope episcopum, ante ipsius faciem a dexteris vel a sinistris, prout loci situs patietur ; regulariter tamen a dexteris, dummodo nec altari neque episcopo renes directe vertat, sed maneat semi conversus (*Caer. episc.*, l. I, c. VII, n. 2).

8. Le siège était anciennement en pierre ou en marbre ; actuellement, il est plus ordinairement en bois, afin d'éviter le froid. Il a sa forme propre, qui diffère totalement de celle des fauteuils de salon, qu'il n'est pas loisible de lui substituer. Cette forme est traditionnelle à Rome et on la voit apparaître dès les premiers siècles. Elle comporte un marche-pied étroit et mobile, recouvert d'un tapis ; une caisse carrée, pleine et montée sur quatre pieds, servant de siège ; deux accoudoirs droits et un dossier arrondi au sommet et assez haut pour que la tête de l'évêque assis et mitré ne la dépasse pas. Le siège et le dossier sont garnis d'appliques matelassées pour en atténuer la rigidité ; sur le tout se jette une housse, dont la couleur varie.

Forma sedis erit praealta et sublimis, sive ex ligno, sive ex marmore aut alia materia fabricata, in modum cathedrae et throni immobilis, quales in multis ecclesiis antiquioribus videmus (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 3).

Le siège épiscopal de la cathédrale de Bénévent, exécuté sous Benoît XIII en 1725, mesure en hauteur : $1^{m},43$, des accoudoirs au marche-pied, $0^{m},94$; en largeur, $0^{m},80$. Le dossier d'étoffe a trois mètres de largeur.

9. Le dossier du trône a toute la largeur du palier et monte jusqu'au dais. Il est en étoffe, de la couleur voulue et galonné au pourtour.

10. Le dais carré admet quatre pentes, galonnées et frangées. Les armoiries de l'évêque se répètent sur chaque pente aux deux

extrémités. La pente intérieure, dont on ne devrait voir que l'envers, se retourne du côté droit.

Ce dais a une charpente en bois, à laquelle s'accrochent les pentes tout autour et que soutiennent des cordes placées aux angles. Le ciel est en étoffe, de la couleur requise, comme les pentes.

Umbraculum seu baldachimum... supra sedem episcopi, forma quadrata, colore, ubi commode fieri possit, conformi colori caeterorum paramentorum, pro temporum ac celebritatum varietate (*Caer. episc.*, l. I, c. xiv, n. 1).




Fig. 40. Dais armorié, ancien style.

11. Ainsi constitué, le trône épiscopal est fixe et immobile. Il indique au premier coup d'œil la primauté d'honneur attribuée à la cathédrale sur toutes les autres églises du diocèse.

La garniture en étoffe comprend le siège que l'on enveloppe d'une housse, le dossier et le dais.

Le velours est réservé au pape. Les cardinaux ont droit, à l'ordinaire, au rouge ou au violet, selon le temps, aux galons et franges d'or, enfin au drap d'or aux solennités.

La passementerie d'or convient aussi aux patriarches. Les archevêques et évêques ne peuvent avoir que des galons et franges de soie jaune.

Quae (sedes) debet tegi et ornari aliquo panno serico concolori cum aliis paramentis (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 2). — Panno serico... non tamen aureo, nisi episcopus esset cardinalis (*Ibid.*).

TERULANA. — An episcopo pontificalia exercenti competat retentio baldachini seu umbraculi, etiam pretiosi et aurati, supra sedem positam latere altaris majoris ? — S. R. C. resp. : Competere, dummodo non sit pretiosum nec auratum. 20 Aug. 1729.

Le trône épiscopal reçoit trois garnitures différentes, qui sont en soie ou même en laine et de la couleur prescrite pour la solennité : blanc, rouge et violet ; le violet sert aux offices funèbres. En dehors des fêtes, comme le trône doit être constamment paré, il y a deux autres garnitures, une verte pour le temps ordinaire et une violette pour les temps de pénitence, Avent, Carême, Vigiles, Quatre-temps.

ELVEN. — An dicta sedes serico ornanda sit tam quando episcopus pontificaliter celebrat, quam quando divinis officiis assistit ? Respondit S. R. C. : Semper convenire, ut sedes episcopi sit ornata serico vel alia materia coloris convenientis tempori, juxta regulam lib. Caeremonialis in dicto titulo de sedibus episcopi. Die 23 Maii 1603.

Les armoiries se placent ainsi sur le trône : deux écussons, en haut du dossier, à droite et à gauche ; deux aussi, aux extrémités, sur les trois pentes de devant et des côtés. Elles sont brodées en soie de diverses couleurs. Il est contraire à la tradition romaine de les faire figurer en grand ou sur le siège ou au milieu du dossier.

Le simple dossier pour le trône de tierce a aussi un double écusson.

Lorsque la cathédrale n'a qu'un trône en soie rouge avec montants de bois doré, la Congrégation des Rites permet de s'en servir pour toutes les fêtes, à condition que le damas qui forme le dais soit sans or ni argent et que le siège lui-même soit couvert d'une étoffe de la couleur du jour.

URGELLEN. — 2. In hac alma Ecclesia cathedrali episcopalis sedes cum brachiis collocatur, pluribus abhinc annis, sub umbraculo erecto ad modum throni in presbyterio, quodve ex simplici serico damasceno coloris rubei confectum est, margines habens et sustentacula ex ligno

deaurato, in cujus summitate extat scutum gentilitium episcopi. Quaeritur ergo utrum, attenta gravi incommoditate mutationis, possit remanere in omnibus festis praedictum baldacchinum rubrum, praesertim cum Caeremoniale episcoporum, l. I, c. XIV, § 1, dicat quod umbraculum debeat esse conforme colori paramentorum, ubi commode fieri possit ? Sufficitne in casu praedictam sedem cum brachiis serico coloris festivitati congruentis contegere ?

3. Utrum possint conservari duae hastae et margines praedictae ex ligno deaurato, maxime cum nec aurum nec argentum inveniatur in textili serici damasceni ?

S. R. C. respondit : Ad 2. Permitti potest, praesertim si ipsa sedes cum brachiis cooperiatur serico coloris festivitati convenientis.

Ad 3. Affirmative. 16 Maii 1871.

A la mort de l'évêque, le trône est dépouillé et il reste ainsi, complètement nu et sans draperies, jusqu'à la prise de possession du successeur. C'est une coutume purement française de le couvrir alors de crêpe, en signe de deuil.

12. L'évêque n'a droit au trône qu'autant que le maître-autel a lui-même un dais ou un baldaquin, car alors ce serait s'attribuer l'honneur qu'on refuse à Dieu. Dans ce cas, on se contente d'un simple dossier.

Super eam (sedem) umbraculum seu baldachinum ejusdem panni et coloris appendi poterit, dummodo et super altari aliud simile vel etiam sumptuosius appendatur, nisi ubi super altari est ciborium marmoreum vel lapideum (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 3).

13. Quand le Saint Sacrement est exposé au maître autel, l'évêque peut siéger à son trône et ne pas se servir du faldistoire : on ne doit pas non plus enlever le dais qui surmonte le trône épiscopal, lors même que l'évêque ne s'y tiendrait pas, car le dais est à la fois le complément et l'ornement du trône.

CONIMBRIEN. — Ex parte capituli et praesidentis in spiritualibus cathedralis Ecclesiae Conimbrien., S. R. C. humillime supplicatum fuit, quatenus sequentia dubia declarare dignaretur, nempe :

1. Se il vescovo possa usare di sedia, stando il Santissimo esposto nell' altar maggiore, dove costuma tenerla, o se deve usare di faldistorio ?

2. Se il vescovo stando all' altar maggiore, e stando il SSmo es-

posto nel medesimo altar maggiore, ed avendo questo baldacchino proprio di tal' altare, ed ancora il SSmo baldacchino distincto, puo usare di baldacchino pontificale, conformemente al nuovo Ceremoniale di Benedetto XIII ?

S. Eadem R. C. respondit : Ex vi aut lege Caeremonialis episcoporum non prohibetur episcopo ut propria utatur sede, qua desuper umbraculum seu baldachinum dependeat, dum divinis assistit vel per se ipsum peragit, Sanctissimo Sacramento super altari palam exposito, dummodo genuflexiones tunc praescriptas debitasque reverentias ad amussim observet atque, operto capite in signum reverentiae, saltem assistat. Die 9 Junii 1742.

VOLATERRANA. — Quando SSmum Sacramentum in ara majori cathedralis Ecclesiae publice et solemniter expositum sit, removendum ne est baldachinum de throno episcopali, etsi episcopus pro sacris functionibus peragendis super thronum ipsum non sedeat, vel retineri potest ad ornamentum cathedralis ? — S. R. C. rescribendum censuit : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. Die 19 Junii 1875.

14. L'évêque peut exiger un trône pour l'heure de Tierce, quand il officie pontificalement, dans les lieux, sacristie ou chapelle, où il s'habille. Suivant l'usage romain, ce trône n'a pas de dais, mais un dossier dont les extrémités supérieures sont armoriées.

ASCULANA. — 1. An liceat erigere baldachinum super sede episcopali, in qua episcopus pontificaliter celebraturus, recitat horam tertiam et sacris paramentis induitur, ex consuetudine civitatis Asculanae, in presbyterio in cornu epistolae e conspectu throni apponi consueta ? Et quatenus negative,

2. An liceat episcopo pontificaliter celebraturo, eadem sede postposita, in alia sede in sacrario vel in altera parte Ecclesiae, praesertim ad audiendum concionem cum baldachino praeparata, horam tertiam recitare, et sacris paramentis ut supra indui ? Et quatenus negative,

3. An saltem hoc liceat in alia sede seu baldachino extra dictum presbyterium, et praesertim in aliquo sacello Ecclesiae, a quo deinde processionaliter accedatur ad ipsum presbyterium, et in eo ad altare majus ibidem existen. celebretur ?

Et S. R. C. respondit : Licere episcopo erigere baldachinum in cappella, ubi sumit paramenta sacra, quando pontificaliter est celebraturus. Et ita declaravit. Die 6 Maii 1673.

ASCULANA. — In praeterita C. S. R., super dubiis pro parte capituli et canonicorum cathedralis Asculanae propositis, declarandis ad occurrendum praetensis novitatibus eorum episcopi, eidem placuit respondere : Licere episcopo erigere baldachinum in capella, ubi sumit paramenta sacra, quando pontificaliter celebraturus est. Verum quia, cum visum fuerit hujusmodi responsionem non percutere casus




Fig. 41. Trône de Tierce, aux pontificaux du pape.

superius expressos, ideoque iidem iterum supplicarunt pro praecisa singulorum resolutione. Et eadem S. C. respondit : Satis provisum. Hac die 17 Jun. 1673.

ASCULANA. — Supplicante episcopo Asculano pro observantia decretorum ipsius S. C. novissime ad eius favorem emanatorum de et super iure sumendi sacra paramenta in uno ex sacellis, et erigendi in eo baldachinum, non obstante inhibitione Rotali coram R. P. D.

Albergato pro parte canonicorum cathedralis Asculanae obtenta eique praesentata, prohibendo quod non possit illa sumere, nisi in presbyterio; et viceversa replicantibus dictis canonicis, episcopum tam controvenisse dictae inhibitioni, quam excessisse fines dictorum decretorum, sumendo dicta paramenta et erigendo baldachinum intra sacellum et columnam dicti presbyterii, et propterea supplicantibus omnia remitti ad Rotam. Et S. eadem C. respondit : Episcopum manutenendum esse in possessione, non obstante inhibitione Rotali. Hac die 12 Aug. 1673.

L'évêque peut aussi se placer sous le dais pour l'assistance au sermon (supposé qu'il soit en *cappa)*, mais aucune assistance ne lui est due de la part des chanoines si le trône n'a alors qu'un degré avec un marchepied.

VERCELLEN. — An liceat episcopo Vercellen. retinere (ultra sedem retineri solitam in choro) aliam sedem cum baldachino extra presbyterium cum assistentia duorum canonicorum diaconorum antiquiorum, pro audiendis concionibus ? S. R. C. respondit : Posse quoad baldachinum ; quovero ad assistentiam canonicorum, audiatur episcopus. Die 10 Februarii 1685.

SEPTEMPEDANA. — An liceat episcopo addere secundum gradum altitudinis unius cubiti circiter subtus sedem, umbella seu baldachino ornatam, in qua sacris concionibus in Ecclesia cathedrali solet assistere ? S. R. C. resp. : Licere retinere unum gradum cum suppedaneo. 1715.

16. L'usage des pontificaux autorise l'abbé à avoir un trône et un dais, trois fois seulement chaque année ; pendant le reste de l'année, le trône ne doit pas demeurer en permanence ; l'évêque peut, par les remèdes opportuns, obliger l'abbé à suivre cette règle.

SANCTI SEVERINI. — In causa proposita in Sacra Rit. Congregatione inter episcopum civitatis S. Severini et abbatem S. Laurentii in eadem civitate : An scilicet dictus abbas in sua ecclesia possit et debeat uti mitra pretiosa et baldachino, et quo habitu debeat dictus abbas in ecclesia incedere ?

Eadem Sacra Rituum Congregatio, audita relatione Illustrissimi et Reverendissimi D. cardinalis Montisregalis, cui haec causa commissa fuerat, censuit et declaravit : Non convenire dicto abbati usum bal

et Patroni, in die anniversario Dedicationis cathedralis Ecclesiae, vel etiam arbitrio suo in aliis festivitatibus per annum, quandocumque ei placuerit, cum caeremoniis et solemnitatibus, quae supra in capite VIII hujus lib. II, de missa solemni per episcopum celebrata explicatae fuerunt. (*Caer. episc.*, l. II, c. XXXIV, n. 2.)

Annuis solemnioribus festis diebus recurrentibus, qui in *capite primo libri secundi* hujus Caeremonialis enumerantur videlicet : Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Ascensionis, Pentecostes, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis Beatae Mariae Virginis, Omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiae metropolitanae vel cathedralis, sancti Titularis illarum Ecclesiarum, et Patroni civitatis, vel festivitatibus aliis extraordinariis, juxta peculiares locorum mores et circumstantias, pari cum solemnitate celebrandis. (*Ibid.*, l. III, c. III, n. 1.)

Le Cérémonial insiste particulièrement pour le jour de Pâques, qui est la solennité la plus grande de toute l'année.

In die Paschae Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, episcopus, nisi aliquo legitimo impedimento fuerit praepeditus, missam solemnem omnino celebrare debet, et in ea communio generalis per ipsum episcopum erit facienda, ordine infrascripto. (*Caer. episc.*, l. II, c. XXIX, n. 1.)

3. L'obligation se réfère surtout aux deux fêtes de Noël et de Pâques. Le pape officie ces jours-là et aussi à la Saint-Pierre.

CIVITATEN. — Caditne sub praecepto assistere et celebrare in vesperis, matutinis et missa in diebus, in quibus Pontificale et Caeremoniale loquuntur de caeremoniis observandis a pontifice seu episcopo ? Et S. R. C. respondit: Caeremoniale episcoporum, l. II, c. XIV, n. 11, et c. XXIX, n. 1, positivum praeceptum imponit episcopo legitime non impedito celebrandi per seipsum in die sancto Paschae, et tertiam missam in die Nativitatis D. N. J. C. ; in aliis vero solemnioribus enumeratis in c. XXXIV, n. 2, decet maximeque convenit, ut sacrum solemne faciat, prout etiam, ut pontificalibus indutus in aliis, quae ibidem indicantur n. 4, vesperis, matutinis, laudibus et missae per dignitatem vel canonicum celebratae, assistat. 11 Mart. 1820.

La Commémoraison des fidèles trépassés et le Vendredi-Saint sont comptés parmi les fêtes pontificales, dont le nombre est réglé par le Cérémonial des évêques et non par le décret rendu pour Adria.

NICOTEREN. ET TROPIEN. — Quum in cathedrali Ecclesia Nicoterensi nonnullae exortae fuerint controversiae circa functiones pontificales, ad easdem definiendas Rev. Dom. Philippus de Simone, episcopus Nicoteren. et Tropien., a S. Rituum Congregatione, in sequentium dubiorum solutionem humillime postulavit, nempe :

Dubium 1. An praecisa consuetudine inter functiones pontificales quae, absente vel impedito episcopo, spectant ad primam dignitatem, sint etiam accensenda Commemoratio omnium fidelium defunctorum, et officium Feriae VI in Parasceve ?

Dubium 2. An functiones pontificales praememoratae sint illae tantum quae recensentur c. I et XXXIV, libri II Caeremonialis episcoporum, prout ex declarationibus ipsius Sacrae Rituum Congregationis diei 7 Aprilis 1696 et 22 Junii 1697 in Abellinen. et die 7 Decembris 1771 in Hydruntina praeeminentiarum, n. 9, clarissime eruitur ; vel potius illae omnes quae in una Andrien. diei 3 Decembris 1672 nominatim designantur ?

Sacra vero eadem Congregatio, omnibus mature perpensis, rescribendum censuit : Ad 1. Negative.

Ad 2. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Die 11 Augusti 1860.

4. La fête du Titulaire de la cathédrale est comptée, malgré la coutume contraire, parmi les fonctions pontificales, parce qu'elle est de première classe.

PAPIEN. — An inter dies solemniter celebrandos cum pontificalibus, comprehendi debeat dies S. Stephani protomartyris, titularis ejusdem cathedralis, non obstante quod in quadam tabella antiqua apposita in sacristia, ubi adnotati sunt dies celebrandi cum pontificalibus, non adest descriptus dies S. Stephani ? Et S. R. C. respondit : Esse celebrandum cum pontificalibus, cum sit de prima classe. Hac die 17 Jun. 1673.

La Fête Dieu est aussi fête pontificale.

CIVITATIS CASTELLI. — An solemnitas SS. Corporis Christi numeretur inter episcopales, et ob id teneantur canonici inservire praeposito in officio diaconi et subdiaconi ? S. R. C. respondit : Injungendam eidem vicario observantiam decretorum alias ab eadem S. C. sub die 7 Martii 1654 emanatorum, etiam quoad festum SS. Corporis Christi. Die 22 Augusti 1654.

5. La Congrégation des Rites refuse de laisser inscrire la fête

de saint Joseph parmi les jours où il convient que l'évêque officie.

RATISBONEN. — Utrum abhinc festum sancti Josephi inter ea festa poni debeat, in quibus episcopi solemniter celebrare solent, juxta caput xxxiv libri Caeremonialis episcoporum ? S. R. C. resp. : Negative. 22 Aprilis 1871.

6. Dans d'autres rubriques, le Cérémonial suppose que l'évêque peut célébrer à son gré, à la Purification :

Si episcopus vellet etiam missam celebrare, quod convenit, praecipue si festum Purificationis sit Titulus Ecclesiae (l. II, c. xvi, n. 20) ;

Le dimanche des Rameaux :

Sive celebraturus sit episcopus, sive non (*Ibid.*, c. xxi, n. 11) ;

Le Vendredi-Saint :

Si episcopus velit ipsemet celebrare in die Parasceve (c. xxv, n. 1) ;

Les dimanches de l'année :

In dominicis per annum, si episcopus voluerit celebrare (c. xxxi, n. 1) ;

A l'Anniversaire de son élection et de sa consécration :

In diebus anniversariis electionis et consecrationis episcopi, missam solemnem vel per ipsum episcopum, vel per aliquam dignitatem seu canonicum, ipso praesente, celebrari convenit (c. xxxv, n. 1) ;

A l'Anniversaire de son prédécesseur :

Episcopus vivens, praedecessoris sui proxime ante ipsum defuncti memoriam habere debet, et pro ejus anima singulis annis in die obitus anniversarium celebrare. (C. xxxvi, n. 1.)

7. Il n'est pas dans la tradition que l'évêque officie le mercredi des cendres :

Si episcopus non est celebraturus missam, prout regulariter hac die non solet. (*Caer. episc.*, l. II, c. xviii, n. 14.)

8. Il convient que l'évêque, lorsqu'il doit officier, en prévienne le gouverneur de la province, le préfet de la ville épiscopale et le magistrat de la même ville. Le magistrat le précède à son entrée,

tandis que le gouverneur et le préfet l'accompagnent en se tenant à sa gauche.

Praesidis vel gubernatoris erit, sub hora ab archiepiscopo seu episcopo designata, et per certum nuntium ei patefacta, una cum magistratu se conferre intra januam episcopi. Eo quidem tempore, et nulla prorsus interposita mora, antistitem gradus scalae descendentem adveniet, quem post debita urbanitatis verba vicissim expleta, ipso magistratu praeeunte, usque ad portam sive metropolitanae sive cathedralis ecclesiae comitabitur praeses seu gubernator, semper ad ejus sinistrum latus incedendo. (*Caer. episc.*, l. III, c. III, n. 1.)

L'évêque est tenu également d'informer, un jour à l'avance, les chanoines des jours où il compte officier :

BARBASTREN. — An episcopus teneatur praenuntiare canonicis per diem ante, quando intendit celebrare in pontificalibus ? S. R. C. respondit : Teneri. 9 Decembr.

L'annonce s'en fera par une intimation, rédigée et signée par le maître des cérémonies de l'évêque, conformément à l'usage de la chapelle papale :

Intimatio per cursorem facienda, domi quoque dimisso exemplari.

Die... mensis... anni... festo S. N., hora nona antemeridiana, in Ecclesia cathedrali habebitur functio pontificalis, tam ad primas vesperas quam ad missam solemnem, a Rmo episcopo peracta.

Intimentur itaque omnes et singuli canonici qui huic solemnitati locum habent ex officio aut consuetudine.

Intimentur quoque Praefectus provinciae, Dux exercitus, Rector Academiae, Praeses tribunalis et Magistratus civitatis.

De mandato Dominationis Suae Reverendissimae
N. N., caeremoniarum praefectus.

Pour l'assistance en pluvial, l'intimation adoptera une autre formule :

Die... habebitur capella episcopalis ad missam celebrandam ab Adm. Rev. Can. N. N...

Si la fonction contenait quelque particularité, elle devrait être spécifiée :

In fine missae, dicto *Placeat*, etc., in gratiarum actionem canetur

hymnus *Te Deum* cum praescriptis orationibus ; quibus expletis, dabitur benedictio et publicabitur indulgentia.

Ou encore, pour une messe des morts :

Feria... die... mensis... anni... hora... in Ecclesia... erit capella episcopalis, in qua fient solemnes exequiae pro anima cl. me. (*ou* bo. me.) N. N.

Missam cantabit. N. N. in cujus fine Dominatio Sua Rma faciet de more absolutionem.

9. Les offices pontificaux sont les suivants : premières vêpres, matines et laudes, messe, secondes vêpres, processions du Saint-Sacrement et bénédiction avec le Saint-Sacrement.

L'évêque et le cardinal sont aussi vêtus pontificalement pour toutes les fonctions énumérées dans le Pontifical romain, confirmation, ordinations, consécrations et bénédictions diverses.

10. La messe et les vêpres jouissent du privilège de l'escorte d'honneur, c'est-à-dire que le chapitre va chercher l'évêque à son palais et le reconduit, la fonction terminée.

Le cortège se forme ainsi : les familiers de l'évêque, le magistrat et autres personnes notables ou nobles, employées au lavement des mains ; l'évêque, précédé de sa croix s'il est archevêque, le chapelain tenant la queue de la *cappa* et enfin les chanoines deux à deux. Arrivé à la porte de l'église, la première dignité présente l'aspersoir à l'évêque.

Cum episcopus rei divinae peragendae causa ad Ecclesiam venturus erit, sive ipsemet celebraturus sit, sive alter, debent canonici omnes in eorum ecclesiastico et canonicali habitu, appropinquante hora, ad illum accedere, eumque cappa indutum, cujus caudam capellanus seu caudatarius, talari veste incedens, sustinet atque defert, et si episcopus missam pontificali ritu sit celebraturus, vel si in sede cum pluviali assistet, tunc caudatarius, superpelliceo indutus, eam deferat ; ex ea aula seu cubiculo quod ad hoc destinaverit, ad Ecclesiam progredientem, comitari et deducere. Praeibunt familiares episcopi, et, si aderit, magistratus, aut alii nobiles et illustres viri immediate ante episcopum ; tunc ipse episcopus, et post eum sequuntur canonici bini, juxta antiquam et canonicam disciplinam. Quod si fuerit archiepiscopus, aut alius utens cruce, ipsa crux immediate ante archiepiscopum per aliquem capellanum deferetur, imagine crucifixi ad archiepiscopum

conversa, inter quam et archiepiscopum nullus omnino incedat : est enim insigne ipsius.

Eo ordine procedent usque ad portam primariam Ecclesiae : ibi dignior ex capitulo porriget episcopo aspersorium cum osculo aspersorii et manus. Episcopus asperget primo seipsum, detecto capite, deinde canonicos et alios circumstantes, incipiendo a digniori. (*Caer. episc.*, l. I, c. XV, n. 1, 2, 3.)

L'évêque ne peut dispenser les chanoines de ce devoir, car il se réfère, non à la personne, mais à la dignité.

COMEN. — Pro parte Emi episcopi, capituli et canonicorum cathedralis Comensis supplicatum fuit pro confirmatione et approbatione concordiae super associatione episcopi initae inter praedictos sub die 13 Octob. 1686, tenoris ut in eadem concordia exhibiti. Et S. R. C. censuit : Non esse annuendum petitioni Emi episcopi, eximendo capitulum et canonicos ab associatione debita suo pastori, sed mandavit servari ad unguem decretum editum de anno 1674, die 6 Martii, et alia deinde emanata favore dignit. episc. Die 19 Aprilis 1687.

Si les chanoines étaient récalcitrants, l'évêque pourrait les punir par les moyens canoniques, mais nullement s'en prendre à leurs distributions, car il ne s'agit pas ici de l'office divin.

LAMACEN. — Ad evitandas lites, ab episcopo Lamacen. humiliter supplicatum fuit, a S. R. C. declarari an ipsi canonicum seu canonicos, qui eum in solemnitatibus ad Ecclesiam cum cappa magna accedentem comitari recusant, in distributionibus quotidianis mulctari liceat ? Et S. eadem R. C. respondit : Quoad distributiones non posse, coeterum utatur jure suo. Die 27 Aprilis 1697.

L'évêque marche toujours le premier, en raison de sa dignité, et le chapitre vient à sa suite. L'ordre processionel ne peut être observé qu'autant que tous sont parés ; mais, lorsque les chanoines sont en costume ordinaire, l'évêque ne doit pas les obliger à le précéder deux à deux.

ASTEN. — Jo. Petrus Niellus, prior parochialis ecclesiae S. Pauli et Caesar Baptista Geraita, praepositus parochialis ecclesiae S. Sylvestri Asten., Sacrae Rituum Congregationi exposuerunt, ibi semel in anno consuevisse cum scholis doctrinae christianae sub puerorum cruce die SSmae Trinitatis ab ecclesia collegiata ad cathedralem pergere : post

pueros vero incedere episcopum, quem obsequii causa sequuntur canonici et rectores ecclesiarum, induti vestibus et palliis communibus. Novissime tamen episcopum praecepisse ut canonici et rectores ante ipsum et post pueros bini incedant. Supplicarunt proinde injungi episcopo ne quid innovare velit. Et Sacra Congregatio mandavit ad episcopum dirigi litteras quibus idem admoneatur ne quid innovare velit, sed solitum servari permittat. Die 9 Aprilis 1661.

11. L'évêque précède les chanoines, quand il est en *cappa* ; il en serait autrement et l'on adopterait l'ordre processionnel, si l'évêque était paré. « Ideo autem hoc casu canonici parati antecedunt episcopum, quia itur sacra processione : secus quando non sunt parati, nec episcopus procedit cum pluviali et mitra vel cum planeta, sed tantum in cappa ; tunc enim ipse debet anteire, canonici vero subsequi, quia non est processio sacra. » (*Caer. episc.*, n. 9.)

Les chanoines doivent aller chercher l'évêque au palais même, dans la salle destinée à cet effet, pourvu que le palais, sans être contigu à la cathédrale, n'en soit pas trop éloigné ; mais, au retour, ils ne sont tenus de l'accompagner que jusqu'à la porte du palais.

NOLANA. — An episcopo pontificaliter ad Ecclesiam venturo capitulum teneatur ad aulam palatii episcopalis accedere ad eum recipiendum et associandum, et in reditu teneantur usque ad eumdem locum reassociare ? S. R. C. respondit : Quoad primam partem teneri ad aulam accedere, accipere et associare ; in reditu vero, teneri solum ad reassociandum usque ad atrium seu portam palatii episcopalis. 23 Mart. 1686.

HISPALEN. — Dignitates, canonicos et capitulum debere ad cubiculum accedere, ubi archiepiscopus induitur cappa, ut eum ad Ecclesiam venientem debito cum honore comitentur ; in reditu etiam debere, saltem usque ad ostium domus ipsum archiepiscopum associare. (S. R. C., 23 Martii 1592.)

OXOMEN. — Episcopo et capitulo Oxomen. Ecclesiae S. R. C. supplicantibus, ut declarare dignaretur : Quibusnam potissimum diebus praedictum capitulum teneatur episcopum tam euntem ad Ecclesiam quam ab ea redeuntem, comitari ? S. R. C. censuit ad supradictam petitionem respondendum, prout etiam alias decretum fuit pro Ecclesia Hispalensi : Capitulum ipsum teneri non solum prodire obviam usque ad ejus cubiculum episcopo venturo ad eclesiam cum cappa pon-

tificali, ut solemniter celebret, vel ut assistat divinis officiis, concioni aut processioni, vel ut aliud quidquam ex pontificalibus exerceat, eumque ad Ecclesiam venientem deducere, verum etiam teneri eumdem ab Ecclesia discedentem usque ad ipsius domum reducere, non obstante consuetudine capituli praedicti in contrarium. Die 20 Octobris 1592.

COIMBRIEN. — Ad preces pro episcopo Coimbrien. porrectas, Sac. Rit. Congreg., inhaerendo decretis alias factis, declaravit : Canonicos teneri ad observationem c. xv, l. I *Caeremonial. episcoporum*, et ipsum episcopum associare debere in habitu canonicali a domo suae habitationis ad Ecclesiam cathedralem, quoties in diebus festivis et solemnibus cum cappa ad celebrandum vel pontificalia exercendum aut divinis officiis interessendum accedit ; cum habitatio ipsius episcopi, licet non sit contigua, tamen non multum distet ab Ecclesia cathedrali, ut in precibus porrectis praesupponitur. Et ita declaravit die 8 Julii 1602.

THEATINA. — Fuit alias a Sacra Rituum Congregatione declaratum, canonicos debere associare episcopum a domo suae habitationis ad Ecclesiam cathedralem in habitu canonicali, quotiescumque episcopus illuc cum cappa accedit, ut divinis officiis assistat vel solemniter celebret ; quod etiam in libro Caeremoniali episcoporum cavetur. Et ideo : Idem servandum esse a canonicis civitatis Theatinae, quotiescumque episcopus cum cappa ad Ecclesiam ex causa praedicta accedit, non obstante quod ejus habitatio asseratur distare ab Ecclesia per passus sexaginta, cum modicum spatium non habeatur in consideratione. Et ita eadem Sacra Congregatio censuit et declaravit. Die 14 Decembris 1602.

URGELLEN. — An quoties episcopus missam pontificalem est celebraturus, dignitates et canonici teneantur, dicta Prima in choro (vel Sexta, feria V in Coena Domini et feria VI in Parasceve), accedere ad aulam episcopi et illum associare ad Ecclesiam cathedralem ? S. R. C. resp. : Affirmative, juxta Caeremoniale episcoporum et decreta. Die 29 Maii 1900.

A l'heure convenue et au son de la cloche, les chanoines se réunissent au palais épiscopal, sans attendre un avertissement de l'évêque.

NICIEN. — An, quando episcopus accessurus est ad Ecclesiam, ut divinis assistat, intimandi sint canonici per aliquem ministrum epi-

scopi, vel potius hora congrua accedere debeant non intimati ad illum excipiendum et associandum ? S. R. C. resp. : Condicta hora cum episcopo ad inchoandum officium, et dato signo cum campana, canonicos teneri accedere ad cubiculum episcopi, ut excipiant et associent ad Ecclesiam. 13 Sept. 1646.

Le cortège n'est dû à l'évêque que par son chapitre et nullement par les autres prêtres, par les réguliers, lors même que l'évêque se rendrait à l'église vêtu de la *cappa*, car les chanoines sont le conseil de l'évêque et nul corps ne peut les remplacer dans cet office.

VIGILIEN. — Regulares civitatis Vigilien., turbati ab Ordinario ad obsequium eidem praestandum circa associationem, quando ipse venit ad ecclesiam cum cappa, supplicarunt responderi an teneantur ? Et S. R. C. respondit : Nullo modo teneri, neque in hoc posse regulares molestari. Die 31 Martii 1640.

CAMPANEAE. — Supplicavit episcopus Campaneae responderi : An teneantur presbyteri, qui non sunt de capitulo, associare ipsum et reassociare, quando venit cum cappa ad Ecclesiam ? Et S. R. C. respondit : Non teneri. Die 17 Julii 1640.

Les chanoines ne sont pas tenus de mettre eux-mêmes la *cappa* à l'évêque, s'il ne la prend qu'à la porte de la cathédrale.

TRANEN. — Cum attenta non modica distantia palatii episcopalis ab Ecclesia metropolitana civitatis Tranen. invaluisset ibi, prout asserebatur ab archiepiscopo, consuetudo, quod archiepiscopo in solemnibus accedenti cum mozzetta et rochetto ad Ecclesiam metropolitanam praedictam, unus ex dignitatibus vel unus ex canonicis gradatim ordine successivo ad januam ejusdem Ecclesiae acceptam e manibus familiaris ejusdem cappam pontificalem vel imponeret vel reaptaret. De anno 1698, inter archiepiscopum et canonicos praedictos exortis nonnullis controversiis, et praesertim super praetenso jure ab archiepiscopo exigendi a praedictis dignitatibus seu canonicis obsequium praedictum impositionis cappae ad januam ecclesiae metropolitanae, ista ab eo tempore ad plures annos siluit, donec iterum excitata et ad S. R. C. nuper delata, infrascripto dubio per Eñum et Rñum D. card. Barbarinum proposito : An canonici vel dignitates cathedralis Ecclesiae Tranen. teneantur imponere vel aptare cappam magnam Rñio archiepiscopo cathedralem Ecclesiam introeunti in casu etc. et ad effe-

ctum etc. ? S. R. C. censuit respondendum : Negative, et non teneri. Die 17 Julii 1706.

12. L'accompagnement des chanoines n'est dû qu'autant que l'évêque est en *cappa*. S'il était simplement en mozette, il suffirait que quelques chanoines seulement allassent le chercher à la porte. C'est ce qui aurait lieu également s'il venait simplement assister à un sermon.

HISPALEN. — Illud vero ad satisfaciendum capituli postulationibus addidit : Quod cum archiepiscopus solam concionem auditurus ad Ecclesiam accedit, etiamsi cappa pontificali indutus eam concionem auditurus sit, non omnes capitulares, sed aliqui duntaxat, videlicet saltem duo ex dignitatibus, et sex ad minus ex canonicis archiepiscopum venientem ad ostium excipere, atque ad eumdem usque locum abeuntem reducere debere. (S. R. C., 23 Martii 1592.)

CORDUBEN. — Congregatio Sac. Rituum censuit : Servandum esse decretum alias editum in causa Hispalen. a Sanctissimo D. N. literis in forma brevis desuper expeditis confirmatum ; ut nimirum decanus, dignitates, canonici et capitulum supradictae Ecclesiae Corduben. accedant ad cubiculum ubi episcopus induitur cappa, eumque ad Ecclesiam venientem debito cum honore comitentur atque ab Ecclesia redeuntem saltem usque ad ostium domus associent. Idque faciendum esse quotiescumque episcopus accedit ad Ecclesiam cum cappa pontificali, ut solemniter celebret vel ut assistat divinis officiis aut processioni, vel ut aliud quippiam ex pontificalibus exerceat. Ei vero privatim, hoc est sine cappa pontificali, venienti ad Ecclesiam, nonnulli ex dignitatibus et canonicis ad ostium ejusdem Ecclesiae occurrere et in reditu similiter usque ad ostium Ecclesiae comitari debere, contraria consuetudine non obstante. Die 24 Januarii 1595.

CAUCIEN. — Modernus episcopus supplicavit responderi : Quomodo et a quibus debeat excipi, quando cum cappa accedit ad Ecclesiam. Et S. R.C. respondit : Episcopus in casu proposito excipi debere a dignitatibus et a canonicis in eorum habitu canonicali a loco ab episcopo designato, eumque comitari et associare ad Ecclesiam, et in reditu pari modo reducere ad eumdem locum, ubi exceptus fuit. Die 23 Martii 1641.

SEPTEMPEDANA. — Sacrorum Rituum Congregatio, ad instantiam episcopi Septempedani supplicantis pro declaratione : An canonici suae cathedralis teneantur ipsum associare, juxta dispositionem Cae-

remonialis, quotiescumque cappa magna indutus ad cathedralem accedere voluerit? respondit : Servandum esse Caeremoniale, l. I, c. xv. Die 19 Septembris 1693.

Chaque fois qu'il vient d'une manière privée, c'est-à-dire sans *cappa*, les chanoines ne lui doivent que l'escorte restreinte, qui est de pure politesse.

HISPALEN. — S. R. C. declarat tunc dici archiepiscopum privatim ad Ecclesiam accedere, cum sine cappa pontificali accedit. 23 Martii 1592.

Ei vero privatim venienti nonnullos ex dignitatibus et canonicis ad ostium Ecclesiae occurrere, et in reditu similiter usque ad ostium Ecclesiae ipsum comitari debere. (*Ibidem.*)

13. Le Cérémonial recommande instamment aux évêques, aux jours les plus solennels, de se rendre à l'église, vêtus pontificalement, ce qui ne pourrait avoir lieu toutefois pour le retour.

Valde tamen probandum esset, si, in solemnioribus festivitatibus, episcopus, etiam non celebraturus, procederet ad Ecclesiam, et tam vesperis quam missae interesset, amictu, alba, cingulo, cruce pectorali, stola, pluviali et mitra paratus. In redeundo idem ordo servatur, non tamen cum sacris paramentis, quae statim, expletis vesperis aut missa, deponuntur ibidem in choro. (*Ibid.*, n. 10, 11.)

14. Les chanoines sont toujours parés pour les pontificaux, mais ils ne revêtent les ornements sacrés qu'aussitôt que l'évêque a pris place au chœur. Ils doivent donc se rendre au palais dans leur costume canonial. On observe pour les ornements la distinction des ordres, c'est-à-dire que les dignités prennent le pluvial, les prêtres la chasuble, les diacres la dalmatique et les sous-diacres la tunique. Ils mettent les ornements sur le surplis ou le rochet, s'ils y ont droit, ayant soin d'interposer l'amict entre le vêtement et le rochet. Là où n'existe pas la distinction des ordres, la Congrégation des Rites autorise que tous les chanoines prennent le pluvial. Il est essentiel que ces ornements soient de la couleur du jour et, s'il n'y en avait pas à la sacristie un nombre suffisant, il faudrait au moins que les quatre ou six premiers chanoines fussent parés de pluviaux.

Si fuerit festus solemnisque dies, et ipsemet episcopus vesperas sit celebraturus, postquam pervenerit ad Ecclesiam ordine supradicto, dum genuflexus orabit ante altare majus, vel aliud ubi vesperae sunt celebrandae, poterit in genuflexione aliquantisper morari, dum canonici sumant sacra paramenta, post episcopum stantes, videlicet illi qui habent dignitates, pluvialia; presbyteri, casulas; diaconi et subdiaconi, dalmaticas et tunicellas, coloris convenientis, acceptis prius per eosdem canonicos et circa collum compositis amictibus. Sed, si haberi non possunt paramenta pro omnibus, saltem quatuor aut sex primi habeant pluvialia. Episcopus autem capiet paramenta in sede sua. (*Caer. episc.*, l. I, c. XV, n. 6.)

Pendant que les chanoines se parent, l'évêque ne restera pas seul au trône, mais deux chanoines l'assisteront.

CORTONEN. — An episcopo celebranti in pontificalibus debeant assistere duo canonici, donec alii quinque in sacrario desumunt paramenta ? — S. R. C. resp. : Affirmative et servetur omnino Caeremoniale. 10 Sept. 1701.

15. Il y a corrélation entre les premières vêpres et la messe, à tel point que le Cérémonial ne les disjoint pas, car le jour liturgique, comme le jour biblique, se compose d'un soir et d'un matin. Les jours assignés pour les premières vêpres sont : Noël, l'Epiphanie, l'Ascension, la Pentecôte, la Saint-Pierre, l'Assomption, la Toussaint, la Dédicace de la cathédrale, son Titulaire et le Patron de la ville.

Si ergo episcopus erit solemniter missam sequenti die celebraturus, vesperae solemnius peraguntur quam si non esset celebraturus. Quod praecipue in his vigiliis observari solet, videlicet Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Epiphaniae, Ascensionis, Pentecostes, SS. Apostolorum Petri et Pauli, Assumptionis beatae Mariae Virginis, Omnium Sanctorum, Dedicationis Ecclesiae, sancti Titularis Ecclesiae, et Patroni civitatis. (*Caer. episc.*, l. II, c. I, n. 2.)

Le Samedi-Saint, les vêpres se disent à l'issue de la messe, mais l'Annonciation en est privée, quand elle tombe en carême. Les secondes vêpres sont alors autorisées, afin que la solennité ne se passe pas de vêpres, à moins toutefois qu'elle ne tombe un lundi, car alors les premières vêpres se célébreraient le dimanche.

Cum vesperis solemnibus in vigilia seu die quae festum praecedit, excepto sabbato sancto, quo die vesperae non dicuntur, nisi mane in fine missae, et vigilia Annuntiationis beatae Mariae, si venerit in quadragesima die feriato : quo càsu vesperae non celebrantur in vigilia, sed tantum in die, finita missa ; et tunc, ne ista solemnitas sine vesperis solemnibus transeat, poterit episcopus, depositis missalibus indumentis, accipere pluviale et celebrare vesperas, canonicis paratis remanentibus. Sed, si hoc festum venerit feria secunda in quadragesima, poterunt vesperae solemnes in dominica praecedenti celebrari cum caeremoniis, prout supra dictum est in capite hujus l. II de vesperis solemnibus, episcopo in crastinum celebraturo. (*Caer. episc.*, l. III, c. XXXIV, n. 2, 3.)

Il faut observer pour les vêpres qu'un sous-diacre paré annonce les antiennes et chante le capitule ; qu'il annonce également l'hymne qui est entonnée par l'évêque, que l'évêque encense le maître autel au *Magnificat* et est encensé lui-même et qu'après le *Benedicamus*, il donne la bénédiction solennelle, mais sans promulguer d'indulgence : « Mox benedictionem dat, indulgentiae in vesperis nunquam publicantur. » (*Caer. episc.*, l. II, c. I, n. 19.) La quatrième antienne doit être entonnée par le premier chanoine parmi les plus dignes ou les plus anciens.

A quonam primo canonico intonanda sit quarta antiphona in vesperis solemniter ab episcopo cantatis, an ab eo manente in cornu evangelii ? S. R. C. resp. : A primo canonico e digrioribus seu senioribus. 19 Junii 1877.

La Congrégation des Rites a décidé que l'évêque ne devait pas encenser l'autel du Saint-Sacrement. Le décret a été rendu pour Amiens.

An talis obligatio (thurificatio altaris in quo asservatur SS. Sacramentum) adsit, quando vesperae celebrabuntur ab episcopo ? S. R. C. resp. : Servetur Caeremoniale episcoporum.

Si l'évêque voulait officier, sans célébrer le lendemain, il siégerait à son trône, vêtu pontificalement. Quatre ou six chanoines seulement seraient parés de pluviaux et ses assistants conserveraient leur costume canonial. Les antiennes ne seraient pas annoncées par un sous-diacre et le capitule serait chanté par un chantre.

Episcopus, si ob aliquod impedimentum vel alia de causa in festis in capite praecedenti enumeratis, vel in aliis festis et dominicis principalibus non sit ipsemet solemniter missam celebraturus, velit tamen vesperis, sive primis, sive secundis interesse et officium facere, observabit eadem fere omnia, quoad se, ac si in crastinum esset celebraturus. Nam et eisdem sacris paramentis indutus erit, et in eadem sede residebit, incipiet et perficiet vesperas, prout dictum est. Differentia solummodo erit in infrascriptis ; quia hoc casu non omnes canonici, sed quatuor aut sex tantum cum pluvialibus parantur ; assistentes vero canonici diaconi, hinc inde a lateribus episcopi erunt in eorum habitu canonicali, sic et presbyter assistens. Antiphonae vero non eodem ordine nec per subdiaconum, sed per aliquem ex canonicis, aut alium ad quem de consuetudine Ecclesiae spectat, praeintonantur ; primo ipsi episcopo, deinde aliis canonicis, incipiendo a dignioribus, prout Ecclesiarum circa hoc usus observabit. Capitulum autem per aliquem ex cantoribus alta voce recitabitur in loco suo vel alio solito. (*Caer. episc.*, l. II, c. II, n. 1, 2, 3.)

La Congrégation des Rites a décidé que, pour ces vêpres semi-pontificales, l'office de prêtre assistant devait être rempli, non par la première dignité, ce qui ne lui compète qu'autant qu'elle est parée, mais par le premier chanoine de l'ordre des prêtres, en costume canonial. Le décret a été rendu pour Moulins, le 12 septembre 1857.

MOLINEN. — Utrum episcopo in crastinum non celebraturo vesperas perficiente ad formam capitis secundi libri secundi Caeremonialis, officium canonici presbyteri assistentis non in pluviali, sed in habitu canonicali, pertineat ad primam dignitatem vel ad primum canonicum presbyterum post dignitates ? S. R. C. resp. : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Les premières vêpres sont plus solennelles que les secondes, aussi n'y fait-on pas de mémoire. Le Cérémonial n'autorise les secondes vêpres que quatre fois l'an : pour Pâques, pour Noël, le Titulaire de la cathédrale et le Patron de la ville.

Secundae vesperae poterunt etiam per episcopum eadem solemnitate celebrari, saltem in Dominica Resurrectionis, et in die Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, ac in festo Sancti Titularis Ecclesiae, et Sancti Patroni civitatis. (*Ibid.*, l. II, c. I, n. 3.)

16. L'évêque ayant quitté ses ornements et repris la *cappa*, le chapitre le reconduit, pendant que l'orgue joue un morceau joyeux.

Mox revertitur ad suam sedem, sive ad faldistorium, si eo utatur, ibique exuitur suis paramentis ; et pariter canonici in suis locis deponunt paramenta sacra, quibus induti erant : deinde episcopum saltem extra portam Ecclesiae comitantur, organo interim hilari modulatione continuo personante. (*Caer. episc.*, l. II, c. I, n. 20.)

Quand la messe ou l'heure canoniale est terminée, l'évêque se retire avec le même cortège qu'en venant, mais alors on suspend momentanément l'office. Si, au contraire, l'évêque partait pendant l'office, il suffirait que quelques chanoines se détachent du chœur pour lui faire escorte.

HISPALEN. — S. R. C. declarat quod quando archiepiscopus, finita missa vel aliqua hora canonica, est ab Ecclesia discessurus, tantisper cessandum est a reliquis horis decantandis, quousque capitulares abeuntem archiepiscopum reducere possint, ut in omnibus congrua obedientia praelato et debitum Deo obsequium impendatur, quia sacrificium cum inobedientia non placet.

Declarat praeterea, quod si interdum contingat archiepiscopum vel processione vel aliqua hora canonica nondum finita, abire compelli ob aliquam sui necessitatem, tunc opus non erit ut omnes capitulares cum eo discedant, sed satis erit si quatuor de capitulo eum domum reducant, ita ut processioni vel divinis officiis impedimenti aut perturbationis occasio non praebeatur ; quamvis haec, quae perraro eveniunt, minime consideranda sint, cum leges ad ea quae frequentius accidunt accommodentur. 23 Mart. 1592.

17. Pour matines, l'évêque est à sa stalle, ornée pour la circonstance et simplement en *cappa*. Il commence l'office, chante les bénédictions et absolutions et, tête nue, la neuvième leçon. Enfin il entonne le *Te Deum*, qui est alterné avec l'orgue, excepté que celui-ci ne peut jouer au verset *Te ergo quaesumus*.

L'évêque n'a pas de chanoines assistants, sa *cappa* est déployée et il se couvre la tête, soit du capuchon, soit de la barrette.

Quando in matutinis episcopo placuerit officium facere, hora competenti veniet cum sua cappa, associatus a canonicis more solito ; et factis orationibus ante Sacramentum et altare majus, accedat ad cho-

rum in loco suo ornato, ut supra, ubi sedebit aliquantulum, cucullo cappae supra caput reducto, vel etiam cum bireto, prout magis placebit, aptatis in girum fimbriis cappae per aliquem cappellanum vel caeremoniarum magistrum. Apud eum nulli erunt canonici assistentes. (*Caer. episc.*, l. II, c. v, n. 1.) — Et dum episcopus cantat suam lectionem, omnes pro ejus reverentia stant, detecto capite. Qua finita, episcopus, profunde caput versus altare inclinans, dicit *Tu autem, Domine, etc.*, et responso per chorum *Deo gratias*, accedit cum debitis reverentiis praedictus praeintonator ante episcopum, et praeintonat ei *Te Deum laudamus*, etc., si est celebraturus. Quo per episcopum repetito ex libro, vel memoriter, prout magis placuerit, chorus illum prosequitur, cui et organum intermisceri poterit, cum regula superius tradita, dummodo versiculus *Te ergo quaesumus*, etc., exprimatur voce clara, alioquin cum suavi harmonia sine organo. Qui versiculus dum recitatur, episcopus et omnes genuflectunt in locis suis. (*Ibid.*, n. 9.)

18. A laudes, le rite est le même que pour les vêpres, quand l'évêque ne doit pas officier le lendemain. Quatre ou six chanoines seulement sont parés de pluviaux. L'évêque est à son trône, vêtu pontificalement : il encense l'autel au *Benedictus* et termine par la bénédiction. L'orgue alterne avec le chœur à l'hymne et au *Benedictus* et joue la reprise des antiennes.

Expleto hymno *Te Deum, etc.*, si episcopus in matutinis solemne officium peregerit, congruum erit ut etiam laudes solemniter celebret : in quibus ea omnia fere servari conveniet, quae supra dicta sunt de vesperis solemniter per episcopum celebrandis, ipso in crastinum missam non celebraturo. Nam statim finito hymno, episcopus in sua sede episcopali capiet pluviale et mitram, et alia paramenta, prout in dictis vesperis dictum fuit, et cum eo quatuor aut sex canonici ex dignioribus capient pariter pluvialia, alii vero canonici non parantur. Organum quoque ad hymnum et canticum *Benedictus*, et in fine Psalmorum poterit adhiberi. (*Caer. episc.*, l. II, c. vii, n. 1, 4.)

19. La messe est précédée de la petite heure de Tierce, pendant laquelle l'évêque s'habille. Tierce se chante, non pas au chœur, mais dans une chapelle ou à la sacristie. Le lieu est alors préparé pour la circonstance et trois choses y sont nécessaires : un autel, un trône et des bancs pour les chanoines. C'est là que les chanoines doivent se parer.

Jam diximus valde convenire atque antiquae ecclesiasticae disciplinae consonum esse, ut in ecclesiis cathedralibus locus aliquis, si sacellum non adsit, ab antiquis secretarium appellatum, deputetur, ad quem episcopus solemniter celebraturus missam, postquam sua cappa indutus, ingressus fuerit Ecclesiam, sacrasque preces ad altare SS. Sacramenti tantum et non ad altare majus effuderit, cum suis canonicis et choro conveniat. Qui locus praeparatus ornatusque esse debet altari decenti cum cruce et candelabris, ac cereis accensis, super quo erunt reposita sacra missalia et indumenta pro episcopo, suo ordine. Aderunt etiam ibi sedes pro episcopo versus cornu dexterum vel sinistrum altaris, pro situatione et commoditate loci, et sedilia pro canonicis et aliis circumcirca. In eum locum ingressus episcopus, factaque reverentia cruci super altari praedicto existenti, sedebit aliquantulum super dicta sede sibi praeparata, donec canonici extra illum locum capiant sacra indumenta, remanentibus duobus diaconis assistentibus apud episcopum, dum alii parantur, qui et ipsi postea accipiunt paramenta ; quibus paratis, atque in eumdem locum ingressis cum debitis reverentiis altari et episcopo, ac apud eorum sedilia stantibus, episcopus surget, et stans capite detecto versus altare, dicet secreto totum *Pater noster* et *Ave Maria.* (*Caer. episc.*, l. II, c. VIII, n. 2, 3, 4, 5.)

20. L'évêque entonne Tierce et chante l'oraison finale. Les chanoines observeront fidèlement le Cérémonial pendant la préparation et la vestition des ornements sacrés et, si cette vestition se faisait à la sacristie, le siège de l'évêque, qui serait alors le faldistoire, se placerait en face des chanoines.

4. An episcopus missam pontificalem celebraturus, teneatur intonare Tertiam cantandam, et in fine cantare orationem in casu, etc.?

5. An dum recitatur Tertia et episcopus se praeparat, ac sacra paramenta sumit ad missam pontificalem, capitulum teneatur stare, capite detecto, et idem servandum sit in vesperis pontificalibus, seu potius utroque casu sit servanda asserta consuetudo in casu, etc.?

6. An canonici teneantur facere circulum episcopo assumenti vel dimittenti paramenta in sacristia, et ubi hoc casu collocanda sit sedes episcopalis in casu, etc.?

S. R. C. resp. : Ad 4. Affirmative. Ad 5. Servetur Caeremoniale episcoporum. Ad 6. Servetur Caeremoniale, et episcopi sedes ita collocetur ut ipse respiciat canonicos. 14 April. 1753.

En cas d'impossibilité absolue, la S. C. des Rites permet que

le diacre et le sous-diacre de la messe remplacent les diacres assistants qui font défaut.

S. PAULI DE MINESOTA. — Ob clericorum paucitatem impossibile evadit ut juxta praescriptum Caeremonialis episcoporum, diaconi adsistentes adhibeantur in missa pontificaliter ab episcopo celebrata. Insuper decet ut in solemnioribus festis episcopus ita celebret, et contrarium populo in scandalum foret. Quaeritur inde an iis in adjunctis liceat diacono et subdiacono missae locum supplere diaconorum assistentium ? — S. R. C. resp. : Affirmative, attenta necessitate. 22 Mart. 1862.

Tierce achevée, la procession s'organise pour se rendre à l'autel. En tête, marche le thuriféraire. La croix du chapitre est portée par un sous-diacre paré entre deux acolytes ; suivent les bénéficiers, la croix de l'archevêque précède les chanoines et enfin vient l'évêque lui-même.

Deinde finita hora Tertia et parato episcopo, cum solitis caeremoniis procedetur ad altare processionali modo : quo casu canonici parati, ut supra, antecedent episcopum immediate. Crux vero capituli deferatur per alium subdiaconum paratum tunicella inter duos ceroferarios, praeeunte acolytho cum thuribulo et navicula, ante omnes beneficiatos aliosque de clero illius Ecclesiae. Sed, si celebrans erit archiepiscopus, crux archiepiscopalis deferetur per subdiaconum, ut supra, ante canonicos paratos tantum, non autem ante alios de clero, imagine Crucifixi ad illum conversa. (*Caer. episc.*, l. I, c. xv, n. 8.)

L'évêque, après le chant de l'évangile, doit être encensé sans la crosse, qu'il doit remettre immédiatement avant l'encensement.

ERIEN. — In missa pontificali, cantato evangelio, debetne episcopus incensari adhuc tenens ambabus manibus baculum, an ante incensationem debet reddere baculum ? S. R. C. rescribere rata est : Negative ad primam partem, affirmative ad secundam. 4 Sept. 1875.

A l'*Incarnatus est* du *Credo*, il s'agenouille en le récitant : quand ce verset est chanté, il se contente de s'incliner, parce qu'alors il est assis. Mais, à la fête de l'Annonciation, il doit, ainsi que tout le chœur, s'agenouiller une seconde fois, à cause du mystère de ce jour.

MAJORICEN. — Ad versum *Et incarnatus est, etc.*, omnes, nec excepto episcopo, teneri genuflectere, quandocumque stantes incidant in illa verba *Et incarnatus est, etc.*, tum si ab ipsis ore proferantur, tum si a cantoribus cantentur; vel etiam si sedeant, in ipsa Nativitatis die, necnon in Annunciationis B. Mariae festo. Caeteris vero diebus indiscriminatim sedentes omnes, nemine excepto, teneri caput detectum inclinare. Nec eo casu locum habere dispositionem Caeremonialis, quod caput inclinantibus canonicis inferiores genuflectant, prout etiam alias resolutum fuit per eamdem S. C. in una Neapolitana, die 15 Februarii 1659. Et ita decrevit et servari mandavit. Hac die 13 Februarii 1677.

21. Un des devoirs principaux de l'évêque est la prédication : le Cérémonial le lui rappelle à l'occasion de la messe pontificale et, s'il en était empêché pour quelque motif légitime, il devrait se faire remplacer par le prêtre assistant. L'évêque parlera de son trône ou de l'autel, si c'était plus commode pour se faire entendre. Le cardinal Orsini, à Bénévent, montait à l'ambon, et, suivant un ancien rite, se faisait escorter de sept diacres. Un décret de la Congrégation des Rites autorise, en cette circonstance, qu'il ait les mêmes assistants qu'au trône.

NOLANA. — An episcopo, in pulpito concionanti, teneantur duo canonici assistere ? S. R. C. respondit : Teneri, si episcopus pontificaliter indutus, idest cum pluviali et mitra, concionetur in cathedrali. 23 Mart. 1686.

D'autres décrets établissent qu'il doit alors se conformer strictement au Cérémonial et ne pas demander la bénédiction, même à un archevêque ou cardinal présent, en raison de sa haute dignité.

SPALATEN. — Archiepiscopus Spalaten., qui, Deo juvante, intendit singulis diebus praedicare in sua Ecclesia tempore quadragesimae, petiit quo habitu id facere debeat. S. R. C. respondit : Habitu quotidiano et ordinario id faciendum esse, nempe cum rochetto et mozzetta, addita stola, nisi solemniter prius celebraverit, quia tunc servanda est forma libri Caeremonialis et ita declaravit. Die 23 Novembris 1602.

NEAPOLITANA. — An scilicet conveniat ut quando aliquis episcopus in eadem civitate Neapolitana, ipso Illustrissimo D. card. archie-

piscopo praesente, sermonem vel concionem habuerit, antequam pulpitum vel ambonem ascendat, petat ab ipso card. archiepiscopo benedictionem, sicut caeteri concionatores non episcopi facere solent ? S. R. C. respondit : Ob supremum ordinem et dignitatem episcopalem non convenire ut episcopus concionaturus ab Ordinario etiam cardinali ante concionem benedictionem petat. Et ita censuit et declaravit, die 28 Aprilis 1607.

An episcopo praedicanti in Ecclesia cathedrali in ambone, ubi praedicatores ordinarii praedicare consueverunt sine baldachino, et in habitu mozzettae et stolae, debeatur assistentia a canonicis et dignitatibus ? Et S. R. C. respondit : In casu proposito assistentiam non deberi, et nisi quando cum pluviali et mitra ad praescriptum Caeremonialis episcoporum voluerit praedicare. Die 19 Decembris 1643.

L'évêque parle assis et couvert, en signe d'autorité. Il tient la crosse de la main gauche, comme marque de sa juridiction sur ceux qu'il évangélise.

Il peut lire ou débiter à son gré, mais son discours sera toujours bref et plein d'enseignements : il cherchera plus à instruire qu'à plaire, plus à édifier qu'à briller. Il évitera donc l'apparat et le besoin de se produire. Pour que la parole épiscopale ait plus de retentissement, il pourra faire imprimer ce discours dans le journal officiel du diocèse.

Lorsque l'évêque prêche, il est de convenance que, dans aucune église de la ville, on ne prêche en même temps.

Le sermon est suivi de l'absolution et de la promulgation des indulgences. La messe se termine par la bénédiction solennelle et, deux fois l'an, quand l'évêque y est autorisé, par la bénédiction papale.

22. Le Cérémonial ne suppose pas que l'évêque donne la communion, sinon le Jeudi-Saint et le jour de Pâques.

Deinde, antequam purificet, communicat primum diaconum et subdiaconum, deinde omnes canonicos paratos, et alios sacerdotes de Ecclesia, qui stolam a collo pendentem supra cottam habere debent, et denique omnes de clero. (*Caer. episc.*, l. II, c. XXIII, n. 6.)

La communion se fait dans cet ordre : le diacre chante la confession, pendant que tout le clergé est à genoux ; puis il tient le ciboire à la droite de l'évêque, tandis que le sous-diacre met

la patène sous le menton des communiants. Deux clercs en surplis tiennent à deux mains une nappe blanche. L'ordre pour se présenter est le même que celui qui s'observe pour les distributions des cierges et des palmes. Les prêtres portent au cou l'étole, chacun baise la main de l'évêque avant de recevoir l'hostie; mais, si un prélat communiait, il devrait, ainsi que le font les chanoines parés, baiser l'évêque au visage après la communion. L'évêque donne aussi à communier au magistrat. Au coin de l'épître, tous prennent le vin d'ablution, présenté aux chanoines et au magistrat par un chanoine, aux bénéficiers par un bénéficier, au reste du clergé et au peuple par un clerc. Les torches de l'élévation demeurent allumées jusqu'à la fin de al communion et, s'il restait encore quelques hosties, un prêtre les porterait à la chapelle du Saint-Sacrement.

Cum vero episcopus sanguinem Domini sumpserit, et mox diaconum et subdiaconum communicaverit, qui osculantur primo manum, deinde faciem episcopi, qui eis dicit *Pax tecum*.

Antequam se purificaverit (episcopus) et digitos abluerit, retrahit se ad cornu evangelii, versa facie ad cornu epistolae, et subdiaconus stabit post ipsum ; diaconus vero stans in cornu epistolae versus celebrantem aliquantulum inclinatus, ac manibus junctis, cantabit confessionem in tono et notis consuetis, stantibus canonicis et clero, exceptis his qui sunt communicandi, qui genuflectere debent, et tunc per caeremoniarium vocantur. Episcopus vero celebrans, finita confessione, legit ex libro ante se allato, vel memoriter voce intelligibili absolutionem, videlicet *Misereantur vestri, etc.* et *Indulgentiam etc.* et faciet super populum signum crucis, et statim loca permutat, videlicet, celebrans cum subdiacono accedunt cum debitis genuflexionibus ante SS. Sacramentum ad cornu epistolae, diaconus vero, relicto dicto cornu epistolae, vadit ad cornu evangelii, et capit cum debitis reverentiis dictum vas seu pyxidem coopertam cum hostiis, et eamdem discooperit, et episcopus firmat se in medio altaris, illi renes vertens, ad cujus dexteram stat diaconus cum particulis consecratis, ad sinistram subdiaconus cum patena ; eodemque tempore vocentur duo capellani seu acolythi, cottis induti, cum albo mantili, quod genuflexi sustinent ante communicantes hinc inde ambabus manibus, per quatuor angulos, quousque perfecta fuerit communio. Qui autem communionem sumpturi sunt, convenienter debent singuli cum debitis reverentiis ante episcopum accedere ; et communione sumpta,

per latus sinistrum celebrantis discedant, et ibi in cornu epistolae accipiant purificationem de manu sacristae vel ministri, calicem cum vino et mappula ad tergendum appensa ministrantis. Cum autem communio exhibetur canonicis vel magistratui, convenienter debet aliquis canonicus vel eorum ultimus, dummodo tamen sit in sacris constitutus, purificationem praebere, deinde pro reliquis beneficiatis id munus exequitur aliquis beneficiatus; pro reliquo clero et populo aliquis capellanus. Et, ne confusio inter euntes et redeuntes fiat, bonum erit adhibere aliquos de clero ad id deputatos, ut omnes quiete, devote et ordine suo progredi curent, et per latus sinistrum revertantur. Si aliquis praelatus, non tamen episcopus consecratus, vellet communicare, debet ante communionem osculari manum episcopi celebrantis, et sumpta communione, faciem ; et idem omnes canonici parati observabunt. Reliqui omnes, tam de clero quam de populo, et etiam magistratus, osculantur manum episcopi tantum ante communionem. Ordo autem euntium ad communionem erit idem qui servatur in distributione candelarum et palmarum ac incensi, ut suo loco dicitur. Finita communione, reportantur funalia, quae usque tunc fuerunt accensa, et diaconus, reposito vase seu pyxide cum hostiis super altare, si quae remanserunt illam cooperit, et consignat alicui presbytero parato cum stola et cotta seu pluviali, qui illam sub baldachino, si commode fieri potest, praeeuntibus clericis cum intorticiis, et aliquibus de clero comitantibus, portat ad locum ubi asservatur SS. Sacramentum. (*Caer. episc.*, l. II, c. xxx, n. 3, 4, 5, 6, 7.)

Les chanoines peuvent être obligés, le Jeudi-Saint, à communier de la main de l'évêque.

CORTONEN. — An feria V in Coena Domini canonici, qui non celebrant, possint cogi ad susceptionem Sacrae Eucharistiae de manu episcopi ? — S. R. C., resp. : Debent. 10 Sept. 1701.

Le Pontifical prescrit aussi la communion des ordinands sous cette rubrique conforme au Cérémonial.

Postquam vero pontifex se communicaverit et totum sanguinem sumpserit, priusquam digitos abluat, accedunt ante altare presbyteri, deinde diaconi, tandem subdiaconi : quibus ordinate dispositis et genuflexis, pontifex, facta reverentia Sacramento et aliquantulum versus cornu evangelii se retrahens, ad eos se convertit et singuli ex diaconis et subdiaconis tantum dicunt submissa voce : *Confiteor Deo, etc.*

Et si officium fiat in cantu, unus de noviter ordinatis illud cantat... Tunc accedunt ordinati ad supremum gradum altaris, bini et bini. Pontifex vero... singulos communicat... Et priusquam communionem sumat, manum pontificis hostiam tenentem osculatur. Unus ministrorum pontificis stat juxta cornu epistolae altaris, calicem habens, non illum cum quo pontifex celebravit, sed alium cum vino et mappulam mundam in manibus, ad quem singuli communicati accedunt et se purificant, os extergunt et ad partem se locant. (*De ordin. presbyt.*)

La Congrégation des Rites a déclaré pour Moulins, le 12 septembre 1857, que l'étole est suffisamment suppléée par le pluvial et la chasuble pour les chanoines parés et par la dalmatique pour le diacre assistant.

MOLINEN. — Utrum stola suppleatur sive per pluviale aut planetam pro canonicis paratis communicaturis in communione generali, per dalmaticam pro diacono assistente calicem de manu episcopi accepturo in processione feriae quintae in Coena Domini? — S. R. C. resp. : Affirmative, juxta Caeremoniale episcoporum et dentur decreta.

La communion du Jeudi-Saint, établie en souvenir de la Cène où Jésus-Christ communia les apôtres de sa propre main, est obligatoire pour tout le clergé de la cathédrale, dignités, chanoines et mansionnaires, qui ne peuvent célébrer ce jour-là : la coutume contraire est abusive, parce qu'elle est en opposition avec le Cérémonial des évêques et la pratique universelle de l'Église.

CONCHEN. — Licet alias in S. R. C. declaratum fuerit, et signanter 27 Septembris 1608, in Civitaten., omnes de clero etiam canonicos Eucharistiam sumere debere de manu celebrantis feria V in Coena Domini; tamen modernus episcopus Conchensis, certior factus quod in ecclesiis suae dioecesis haec dispositio de communione sumenda feria V in Coena Domini non observabatur, quodque privatae etiam missae ea die celebrabantur, praecepit omni clero sui episcopatus, ut in posterum tam sanctas leges et mandata adimplerent. Verum, quamvis dispositum fuerit a capitulo ut in Ecclesia cathedrali missae privatae eo die non celebrarentur, quod quidem anno praeterito fuit observatum; respectu vero communionis in missa conventuali facienda, cum varia fuerit capitularium opinio, putantes nonnulli hoc esse mandatum novum ejusdem episcopi, huic acquiescere minime voluerunt. Itaque ad majorem tam episcopi quam totius capituli

Ecclesiae cathedralis securitatem, S. R. C. ab ipsismet supplicatum fuit, ut declarare dignaretur : An dignitates, canonici, portionarii, caeterique beneficiati Ecclesiae cathedralis Conchensis teneantur Sacram Eucharistiam accipere de manu celebrantis in missa conventuali feriae V in Coena Domini, sicuti faciunt caeteri de clero in suis parochiis, quin in posterum liceat privata missae sacrificia celebrare ?

Et eadem S. C. rescribendum censuit : Servetur decretum jam emanatum in una Civitaten., die 27 Septembris 1608. Die 22 Decembris 1770.

Decretum in Civitaten. supra laudatum est ut sequitur : Civitaten. Pro parte episcopi Civitaten. a S. R. C. quaesitum fuit : An omnes dignitates, canonici, portionarii et alii sacerdotes Ecclesiae cathedralis feria V in Coena Domini debeant non celebrare, sed sacram communionem sumere de manu episcopi vel alterius celebrantis, prout ordinatur in libro Caeremoniali episcoporum, et prout in dicta Ecclesia servabatur ; licet postea per consuetudinem seu potius desuetudinem, consueverint singuli presbyteri, dignitates, canonici et mansionarii per se ipsos dicta die missas celebrare. Eadem S. R. C. respondit : Servandam esse regulam praescriptam in libro Caeremoniali, quae universalis Ecclesiae consuetudini conformis est, ut scilicet feria V in coena Domini in memoriam quod D. N. J. C. manu sua propria omnes apostolos communicavit, omnes presbyteri tam dignitates quam canonici et mansionarii communionem sumant de manu episcopi vel alterius celebrantis, et prout etiam antiquitus in dicta Ecclesia Civitaten. servabatur. Die 27 Septembris 1608.

Les prêtres, venus pour assister à la bénédiction des saintes huiles, lors même qu'ils ne feraient pas partie du clergé de la cathédrale, sont tenus, eux aussi, de communier de la main de l'évêque et la préséance leur est donnée sur ceux qui ne sont pas parés, appartinssent-ils au clergé de la cathédrale.

SEGUNTINA. — An etiam sacerdotes, qui non sunt de gremio cathedralis Ecclesiae, vocati tamen ad ministrandum in consecratione sacrorum oleorum feria V in Coena Domini teneantur e manu episcopi sacram communionem inter missarum solemnia sumere ? Et S. R. C. censuit : Sacerdotes etiam praedictos teneri sacram eucharistiam accipere e manu episcopi celebranti. Die 15 Sept. 1657.

SEGUNTINA. — Instante episcopo Seguntino, S. R. C. declaravit : Feria V in Coena Domini, eos presbyteros ac diaconos, qui sacris indumentis amicti in consecratione sacrorum oleorum ministrant,

tametsi iidem non fuerint de gremio cathedralis, in communione aliisque actibus praeferendos esse reliquis sacerdotibus ac diaconis, qui sacris nullatenus induti de gremio tamen cathedralis existunt. Die 27 Novemb. 1657.

La communion doit être administrée par l'évêque lui-même, malgré sa fatigue, et non par un diacre assistant.

MAJORICEN. — An feria V in Coena Domini, si episcopus nimium defatigatus non potuerit vel noluerit ministrare Eucharistiam canonicis et clericis, debeat illam ministrare diaconus vel unus ex dictis assistentibus? — S. R. C. resp. : Teneri episcopum SS. Eucharistiae sacramentum per se ipsum ministrare. 8 Aug. 1643.

23. A la fin de la messe, le chanoine, faisant fonction de sous-diacre, doit lui-même ôter les sandales de l'évêque et ne pas laisser ce soin à un des écuyers.

Caeremoniale episcoporum, agens de subdiaconi officio in missa solemni pontificali, l. I, c. x, § 2, apertissime praescribit ad subdiaconum pertinere episcopum sandaliis induere, adjuvante altero ex ejusdem familiaribus : idipsum confirmat, l. II, c. VIII, § 7. Ubi vero de exuendo episcopo loquitur, eodem l. I, c. x, § 6, et l. II, c. VIII, § 8, forte non eadem claritate verborum significat subdiaconi esse illa episcopo detrahere. Cum igitur desuper pluries requisiti caeremoniarum magistri, licet quid sentiendum ex littera Caeremonialis cognoscerent, certo tamen quaestionem definire et quid agendum statuere abstinuerunt. Idcirco ad firmandam in posterum legem, S. R. C. adire, eidemque quod adnotatur dubium ex officio resolvendum proponere adjudicarunt : An post solemnem missam pontificalem teneatur canonicus subdiaconus episcopo detrahere sandalia, vel potius ad scutiferos haec actio pertineat ?

Et Sacra eadem Congregatio censuit respondendum : Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. Die 27 Martii 1824.

24. Le jeudi-saint, les assistants de l'évêque sont en violet, au lavement des pieds, comme l'évêque lui-même.

An feria V in Coena Domini in ablutione assistentes episcopo teneantur ferre vestimenta violacea, sicut ipse episcopus, vel alba, sicut diaconus et subdiaconus ? — S. R. C. resp. : Servandum esse Caeremoniale. Die 13 Mart. 1649.

25. Il n'est pas d'usage que l'évêque officie aux petites heures, à cause de leur peu d'importance, excepté toutefois à tierce, quand il doit célébrer. Mais s'il veut y assister, il sera en *cappa* et prendra place au chœur dans sa stalle accoutumée.

Ad reliquas Horas canonicas episcopus non solet intervenire : si tamen voluerit interesse, assistet in choro cum cappa et nullum officium faciet, sed omnia fient per canonicos et hebdomadarios, juxta stylum Ecclesiarum. Excipitur tantummodo hora Tertia, quam si episcopus est solemniter missam celebraturus, pariter et ab illo celebrari convenit (*Caer. episc.*, l. II, c. VII, n. 7 et 8).

L'évêque peut seulement officier à complies, mais il est encore à sa stalle et en *cappa*. Il fait en partie ce que ferait l'hebdomadier. Il n'y a pas d'encensement de l'autel au *Nunc dimittis* et, en raison de la solennité, l'orgue peut alterner avec le chœur à l'hymne et au cantique. Dans le cas de simple assistance, l'évêque n'a aucun devoir à remplir.

Si episcopus completorio interesse et officium facere voluerit, erit cum sua cappa in choro, in suo loco seu stallo, panno aliquo vel tapete cum pulvinaribus ornato. Officium vero ipsius erit circa haec, videlicet ut dicente cantore *Jube Domne benedicere*, ipse stans respondeat *Noctem quietam, etc.* et post lectionem brevem *Adjutorium nostrum, etc.*, deinde *Pater noster, etc.*, tum confessionem et absolutionem, et alia usque ad *Deus, in adjutorium, etc.*, inclusive, et incoepto psalmo sedebit.

Caetera omnia dicentur per chorum et hebdomadarium usque ad orationem, quam ipse episcopus cantabit, et demum benedictionem dabit, dicens *Benedicat et custodiat vos omnipotens et misericors Dominus, etc.* Nulla autem fiet altaris thurificatio ad canticum *Nunc dimittis, etc.*, nec organum pulsabitur, nisi forte in aliquibus ecclesiis hujusmodi hora solemnius celebrari aliquando consueverit : quo casu organum adhiberi poterit, juxta normam superius traditam.

Cum vero episcopus praesens erit et officium non faciet, omnia praedicta per hebdomadarium in suo habitu canonicali fient, observatis tamen debitis reverentiis versus episcopum ; nam ipse hebdomadarius ad versiculum *Indulgentiam et absolutionem, etc.*, in principio, et ad versiculum *Benedicat et custodiat nos omnipotens et misericors Dominus, etc.*, in fine, inclinabit se profunde versus episcopum (*Caer. episc.*, l. II, c. IV).

26. L'évêque officie encore solennellement aux trois processions du Saint-Sacrement, qui se font le jeudi-saint, pour porter la réserve au reposoir ; le vendredi-saint, pour l'en retirer et pour la procession solennelle de la Fête-Dieu. Dans ces deux derniers cas, il n'est pas nécessaire que l'évêque célèbre lui-même.

Missae, per primam dignitatem vel digniorem canonicum celebrandae, paratus amictu, alba, cingulo, stola, pluviali albo et mitra assistit (*Caer. episc.*, l. II, c. XXXIII, n. 15).

27. Aux pontificaux et en général au chœur, la génuflexion est due à l'évêque diocésain par tout le clergé, excepté par les chanoines, chaque fois qu'on passe devant lui, qu'on s'approche du trône ou qu'on le quitte.

Facit (canonicus) reverentiam profundam altari et episcopo (*Caer. episc.*, l. I, c. XVIII, n. 4).

Cum episcopus eos (canonicos) salutat, capite detecto, profunde se inclinant : et regulariter quoties ipsi canonici transeunt directe ante altare vel ante episcopum, caput et humeros profunde inclinant ; beneficiati autem et caeteri de clero genuflectere debent, transeundo tam ante altare quam ante episcopum (*Ibid.*, n. 3).

L'évêque de Digne a remarqué que les bénéficiers de sa cathédrale se contentaient d'incliner la tête et les épaules en passant devant l'autel, ou devant l'évêque, lorsque celui-ci officie pontificalement ou assiste en *cappa* et mozette. Comme le Cérémonial des évêques est formel, le prélat a consulté la S. Congrégation des Rites qui a désapprouvé l'usage en question.

Quum a Caeremoniali episcoporum, beneficiatis ceterisque qui non sunt de gremio capituli, genuflectere praescribatur, transeundo tam ante altare quam ante episcopum, sive pontificaliter, sive cappa tantum aut mozzetta indutum, Rmus episcopus Dinien., advertens in sua cathedrali ecclesia a longo tempore usum invaluisse ut iidem solummodo caput et humeros inclinent, ab hac Sacra Rituum Congregatione postulavit, ut declarare dignaretur an hunc usum sequi liceat ? Et Sacra eadem Congregatio, ad Quirinale hodierna die coadunata in ordinariis comitiis, referente secretario, juxta alias in similibus decreta, rescribendum censuit : Negative, et servetur Caeremoniale episcoporum. Die 9 Maii 1857.

La génuflexion n'est pas due à l'évêque étranger, encore moins à un prélat ayant l'usage des pontificaux et à un abbé hors de son monastère. Ainsi l'a déclaré la Congrégation des Rites pour Moulins, le 12 septembre 1857.

MOLINEN. — Utrum reverentia per genuflexiones debeatur celebranti in pontificalibus, quando est episcopus extraneus, vel praelatus habens usum pontificalium, vel abbas sive in proprio monasterio, sive ex speciali privilegio extra proprium monasterium ? S. R. C. resp. : Negative quoad episcopum extraneum et praelatos habentes usum pontificalium : affirmative, quoad abbates regulares in suae jurisdictionis ecclesiis tantum.

28. Quand on présente quelque chose à l'évêque célébrant, il faut d'abord baiser l'objet, puis la main de l'évêque et si l'on reçoit quelque chose de lui, la cérémonie se fait en sens inverse, c'est-à-dire qu'on baise d'abord la main, puis l'objet. Toutefois il n'y a pas de baisement aux messes des morts.

Illud quoque sciendum est, quoties aliquid offertur episcopo, celebranti aut legato, qui rei divinae intersint ac etiam cum aliquid ab eis recipitur, toties osculanda est res quae offertur, ac deinde manus recipientis, et cum ab eisdem aliquid recipimus, primo manus, deinde res quae recipitur : praeterquam in missis defunctorum, in quibus talis deosculatio omittitur (*Caer. episc.*, l. I, c. XVIII, n. 16).

29. La Congrégation des Rites a refusé l'assistance de deux pré-chantres en pluvial, aux messes pontificales, ce qui condamne formellement l'intervention de nos chapiers, reste de l'ancien rit gallican.

CURSULEN. — An, celebrante pontificaliter episcopo, praeter duos canonicos et presbyterum assistentes, teneantur alii duo canonici juniores inservire cum pluviali pro praecentoribus, juxta ritum praescriptum in Caeremoniali episcoporum nuper Romae edito, cum in secundis vesperis uni ex dignitatibus assistant duo canonici ? S. R. C. resp. : Servetur Caeremoniale. 31 Maii 1670.

30. Si l'évêque officie hors de sa cathédrale, dans sa ville épiscopale, trois chanoines doivent l'assister, outre le diacre et le sous-diacre, pour remplir les fonctions de prêtre et de diacres

assistants. Il n'en serait pas de même si le pontifical se faisait hors de la ville.

NOLANA. — An episcopo extra cathedralem, sed in civitate pontificaliter celebranti, canonici teneantur assistere ? S. R. C. respondit : Tres tantum canonici, praeter diaconum et subdiaconum, tenentur assistere.

An, episcopo extra civitatem ordinationes et alias functiones exercenti, canonici teneantur assistere ? S. R. C. respondit : Non teneri. 23 Mart. 1686.

31. Les chanoines parés qui assistent l'évêque au trône ne peuvent faire usage de la calotte ou de la barrette quand ils accomplissent un acte quelconque, car le respect exige que cet acte ait lieu tête nue.

BURGI S. SEPULCHRI. — An liceat canonicis paratis et episcopo solemniter celebranti ministrantibus, nempe ipsum pontificalibus vestibus in throno induentibus, uti pileolo seu bireto, et etiam durante tota missa pontificali super altare et trono ? — S. R. C. resp. : In actu ministrantibus, negative. 4 Aprilis 1669.

Sur la demande de Mgr l'évêque d'Erié, la Sacrée Congrégation des Rites a décidé les questions suivantes et sauvegardé la dignité épiscopale :

1° Lorsque l'évêque ne peut avoir les assistants que le Cérémonial prescrit pour la messe pontificale, il ne doit pas officier avec la seule intervention du diacre et du sous-diacre ;

2° Il ne peut célébrer seul la messe chantée dans la cathédrale, les dimanches et fêtes, en l'absence du prêtre qui fait ordinairement cette fonction ;

3° Malgré les sollicitations des fidèles, le prélat ne peut pas chanter seul la messe des défunts.

ERIEN. — Rmus D. Tobias Muller, episcopus Erien., insequentia dubia enodanda proposuit, nimirum : 1. Utrum quando alios officiales, quorum mentio fit in *Caeremoniali episcoporum*, obtinere non valet, missam pontificalem celebrare possit cum diacono et subdiacono ?

2. Et utrum dominicis et aliis diebus festis, sacerdote absente qui hoc officio perfungitur, missam ultimam cantatam in sua cathedrali solus celebrare possit ?

3. Et etiam utrum rogatus a fidelibus missam cantatam pro defunctis solus celebrare, eorum precibus annuere debeat ?

S. C. R. rescribere rata est : Ad 1, 2, 3, negative. Die 20 Augusti 1870.

Le Cérémonial des évêques prescrit un certain nombre de ministres qu'il n'est pas toujours possible de réunir, surtout dans les pays, tels que les Etats-Unis d'Amérique, où les prêtres font défaut. C'est pourquoi la S. Congrégation des Rites a autorisé un évêque américain à employer le diacre et le sous-diacre de la messe pontificale au lieu et place des diacres assistants. En outre, vu la nécessité, elle a permis de remplacer de la même manière le prêtre assistant.

La réponse négative, faite en vue de l'observation stricte du Cérémonial, prouve que l'intention de la Congrégation est que les évêques se munissent d'un indult chaque fois qu'il y aura lieu.

ERIEN. — Episcopus quidam Americanus nuper exposuit Sacrae Rituum Congregationi, quod, ob clericorum paucitatem, impossibile evadat ut, juxta praescriptum Caeremonialis episcoporum, diaconi assistentes adhibeantur in missa pontificaliter ab episcopo celebrata : insuper, quod decet ut in festis solemnioribus episcopus ita celebret quia contrarium populo in scandalum foret. Quaesivit inde an iis in adjunctis liceat diacono et subdiacono missae supplere locum diaconorum assistentium ? Cui respondit laudata Sacra Congregatio : Affirmative, attenta necessitate. Quaeritur, utrum hoc indultum comprehendat etiam casum illum quo neque presbyter assistens haberi potest, ita ut cum solo diacono missae et subdiacono sine presbytero assistente missa pontificalis celebrari possit ? S. R. C. respondit : Negative, sed attenta necessitate, diaconum et subdiaconum missae vicem presbyteri assistentis implere posse in casu Sacra Congregatio benigne concedit. 27 Septembr. 1873.

CHAPITRE XXII

L'EXERCICE DES PONTIFICAUX

1. Droit. — 2. Autorisation de l'Ordinaire. — 3. Concile de Trente. — 4. Formulaire. — 5. Privation des pontificaux. — 6. Décret de la S. C. de la Propagande. — 7. Décrets généraux. — 8. Curé.

1. Le pape et les cardinaux officient pontificalement en tout lieu. L'évêque ne peut officier pontificalement que dans son propre diocèse, parce que là seulement est le lieu de sa juridiction.

2. Partout ailleurs, il lui faudrait une autorisation spéciale de l'Ordinaire, laquelle se donnera par écrit et gratuitement. Plusieurs points devront y être spécifiés : l'étendue des pouvoirs et la nature des pontificaux, car il importe de savoir si ce pouvoir doit être purement honorifique ou s'il s'étend encore aux bénédictions solennelles, consécrations et ordinations ; de plus, si l'évêque peut bénir d'une manière privée par toute l'étendue du diocèse, et il convient encore de spécifier si ce sera isolément ou en présence de l'Ordinaire. Cette dernière clause emporterait de droit pour celui-ci l'abstention de toute bénédiction, puisque deux évêques ne peuvent bénir à la fois.

3. Le concile de Trente est très strict à l'endroit des pontificaux et si un évêque se permettait d'officier sans le consentement préalable de l'Ordinaire et surtout de procéder à une ordination, il serait privé immédiatement de l'exercice des pontificaux et ceux qu'il aurait ordonnés seraient suspendus de l'exercice des SS. Ordres.

Episcopi in aliena dioecesi nec pontificalia exerceant nec ordines conferant. Nulli episcopo liceat, cujusvis privilegii praetextu, pontificalia in alterius dioecesi exercere, nisi de Ordinarii loci expressa licentia, et in personas eidem Ordinario subjectas tantum ; si secus factum fuerit, episcopus ab exercitio pontificalium et sic ordinati ab executione ordinum sint ipso jure suspensi (*Concil. Trident*, sess. VI, c. v).

4. Voici, d'après Barbosa, la formule que peut employer un

évêque pour concéder à un autre l'exercice des pontificaux, mais pendant son absence seulement. On remarquera que ce pouvoir est révocable au gré de l'Ordinaire.

Formula Facultatis concessae episcopo munera pontificalia exercendi in aliena dioecesi, absente illius episcopo.

Perillustri (1) et Reverendissimo in Christo Patri Domino D., Dei et apostolicae Sedis gratia episcopo N., salutem in Domino. Cum, ob diuturnam absentiam et itineris distantiam, quibus nos a civitate nostra Bacharensi detinemur, munera pontificalia clero et populo Bacharensi minime exhibere possimus, ne propterea Ecclesia debitis ipsi muneribus et obsequiis spiritualibus destituatur, quantum cum Domino licet, providere cupientes, quae ad Dei honorem et animarum salutem et divini cultus augmentum pertinent, Reverendissimam Dominationem vestram etiam atque etiam rogamus et in Domino requirimus, quatenus, postquam per dictam civitatem ei iter facere contigerit, dignetur, in die Coenae Domini proxime ventura, olea catechumenorum et infirmorum ac Chrismatum benedicere et consecrare, et in die Sabbati sancti proxime futuri sacram ordinationem in cathedrali vel alia Reverendissimae Domin. Vestrae benevisa ecclesia dictae civitatis, celebrare, et primam tonsuram minoresque et majores, etiam presbyteratus ordines, dioecesanis et exteris, ac etiam regularibus clericis, debitas litteras dimissorias a suis Ordinariis et superioribus habentibus, alias tamen a nobis approbatis, conferre ; ecclesias, coemeteria et altaria consecrare, et pollutas seu polluta reconciliare, sacramentum confirmationis etiam in parochialibus ecclesiis ministrare, campanas, corporalia, pallas et alia ecclesiastica paramenta benedicere, calicesque ac patenas consecrare ; servatis tamen in praemissis iis quae hoc de genere a sacris conciliis et romano Pontificali praescripta sunt. Pro quibus omnibus muneribus et eorum quolibet exercendo, Amplitudini tuae facultatem concedimus, etc., ultra beneplacitum nostrum non valituram. In quorum fidem, etc. Dat. etc.

5. La privation des pontificaux est une des peines les plus graves qu'inflige le Saint-Siège aux évêques délinquants.

6. La Congrégation de la Propagande défend aux évêques et vicaires apostoliques qui dépendent d'elle d'exercer les pontificaux hors de leur propre diocèse ou de leur vicariat, même avec

(1) L'étiquette exige actuellement *Illustrissimo*.

le consentement des Ordinaires, afin qu'ils ne soient pas tentés de s'absenter, ce qui se ferait au détriment de leur administration. Elle a relâché la sévérité de sa discipline en faveur des évêques de l'Angleterre, qui pourront désormais officier pontificalement dans les trois royaumes unis, mais seulement du consentement des Ordinaires.

Ex negligentia antistitum circa onus residentiae si ubique mala gravissima obvenirent, potissimum id valet quoad regiones in quibus, ob admistionem infidelium vel haereticorum, gravioribus periculis fideles objiciuntur : proinde episcopis et vicariis apostolicis regionum, ad quas S. C. de Propaganda fide sollicitudo extenditur, indictum haud semel fuit, ne extra propriam dioecesim vel vicariatum, pontificalia, etiam de consensu Ordinariorum, exerceant. Porro, cum dubitari haud valeat de studio episcoporum Angliae in hujusmodi residentiae lege servanda, iidemque postulaverint ut tenor regulae hujusmodi in suum favorem relaxetur, S. C. de Propaganda fide, in generali conventu habito die 5 Aprilis 1852, attento quod haud raro necessarium vel opportunum admodum existat, ut iidem admitti possint ad pontificalia exercenda in aliis Angliae ipsius dioecesibus, aliquando etiam in proximis regionibus Hiberniae et Scotiae : censuit supplicandum SSño pro relaxatione memoratae inhibitionis in favorem episcoporum Angliae quoad tria regna unita, in quibus proinde, de consensu Ordinariorum, pontificalia iidem exercere valeant.

Hanc vero S. C. sententiam SSño D. N. Pio papae IX ab infrascripto secretario relatam, in audientia die 6 ejusdem mensis et anni, Sanctitas Sua benigne probavit, et juxta propositum tenorem facultates concessit : contrariis quibuscumque haud obstantibus.

Datum Romae, etc. J. Ph. card. Fransoni, praefectus. Al. Barnabo, a secretis.

7. On ne peut, sans en avoir le droit, célébrer pontificalement, quand même le prédécesseur l'aurait fait.

NEAPOLITANA. — Bartholomaeus Mendez de Andrada, cappellanus major, in ecclesia S. Jacobi asserens se celebrasse in pontificalibus, prout celebrabat suus antecessor, uti protonotarius, supplicavit pro licentia continuandi. Et S. R. C. mandavit : Abstineri omnino ab usu pontificalium. Die 17 Julii 1640.

Le célébrant qui n'a pas l'usage des pontificaux ne doit pas, lorsqu'il communie les fidèles, faire tenir le ciboire par le diacre, et la patène par le sous-diacre.

NEAPOLITANA. — An celebrans, qui non habet usum pontificalium, sacrum Christi corpus communicantibus distribuens, possit sibi teneri facere pixidem a diacono, et per subdiaconum patenam ? — S. R. C. resp. : Negative. 1676.

8. Un curé, abbé mitré, peut officier pontificalement plusieurs fois par an dans son église paroissiale et abbatiale, avec l'agrément de l'évêque ; il n'a pas ce pouvoir dans les églises inférieures ni dans les chapelles publiques qui sont sur sa paroisse. Il peut donner la triple bénédiction à la messe pontificale. Il lui est interdit d'employer trois mîtres, comme fait un évêque.

MASSAN. — 1. An praefatus abbas (parochus) plura intra annum pontificalia peragere queat, non tantum in ecclesia parochiali et abbatiali, sed etiam in ecclesiis minoribus et oratoriis publicis, quae sint intra limites paroeciae ?

2. An in missa pontificali elargiri possit trinam benedictionem ? 3. An in pontificalibus tres mitras, uti episcopus, adhibere et ipse valeat ? S. R. C. resp. : Ad 1, affirmative quoad primam partem, absente tamen episcopo ; negative quoad secundam. Ad 2, affirmative. Ad 3, negative. 1868.

CHAPITRE XXIII

LE PONTIFICAL AU FAUTEUIL

1. Droit. — **2.** Evêque. — **3.** Chanoines. — **4.** Cérémonial.

1. Le pontifical au fauteuil a lieu dans deux circonstances seulement : ordinairement, par l'évêque étranger ; extraordinairement, par l'évêque diocésain, en présence d'un cardinal, parce qu'alors son trône est occupé et qu'il doit cette marque de respect et de déférence à son supérieur dans l'ordre hiérarchique.

Si forte aliquis S. R. E. cardinalis, legatus de latere vel non legatus, rei divinae interesset, convenit ei sedes episcopalis supradicta ; epis-

copus vero, si celebret, in faldistorio in cornu epistolae ; si non celebret, et chorus sit in presbyterio sub tribuna, sedebit in digniore parte chori (*Caer. episc.*, l. I, c. XIII, n. 4). — Quod si sederet in faldistorio, ut quia legatus vel cardinalis adesset, ob cujus praesentiam abstineret a sua sede episcopali (*Ibid.*, l. I, c. VIII, n. 56).

2. L'évêque qui doit ainsi officier, s'habille à la sacristie. Il n'a pas droit à l'assistance de deux diacres parés, mais seulement du prêtre assistant, du diacre et du sous-diacre pour la messe et, pour les vêpres, des chapiers ordinaires. Les cercles ne se font pas non plus autour de lui, parce qu'ils sont réservés exclusivement à l'assistance au trône.

Nec fieri ante ullum quantumvis episcopo superiorem, etiam legatum de latere, aut ejus metropolitanum, et multo minus ante inferiorem, ut suffraganeum, vel alium episcopum, sed dumtaxat ante ipsum proprium episcopum (*Ibid.*, l. I, c. XXI, n. 5).

Dans ce cas, il ne doit pas bénir, laissant cet honneur au cardinal lui-même.

3. Les chanoines qui en ont le privilège officient de la même manière au fauteuil.

4. Les *Ephemerides liturgicae* ont publié, en 1897, le *Caeremoniale pro missa et vesperis pontificalibus ad faldistorium*, travail d'un grand mérite et fort pratique.

CHAPITRE XXIV

L'ASSISTANCE AU TRÔNE

1. Droit. — **2**. Fêtes. — **3**. Chapelles papales. — **4**. Evêque. — **5**. Lecture du Missel. — **6**. Cercles. — **7**. Confession. — **8**. Mitre. — **9**. Barrette. — **10**. Cérémonial. — **11**. Encensement. — **12**. Complies. — **13**. Sermon. — **14**. Calotte. — **15**. Processions. — **16**. Nom de l'évêque. — **17**. Baisement de l'évangéliaire. — **18**. Mitre, barrette et calotte.

1. L'assistance est propre au Pape, aux cardinaux et aux évêques. L'évêque officie pontificalement aux fêtes de première

classe les plus solennelles. Aux autres fêtes, il tient seulement chapelle, pour la messe et les premières vêpres, c'est-à-dire qu'il assiste à son trône, vêtu pontificalement ou même simplement en *cappa*.

2. Le Cérémonial détermine quelles sont ces fêtes : la nuit de Noël, saint Etienne, saint Jean Evangéliste, la Circoncision, le lundi et le mardi de Pâques, le dimanche de *Quasimodo*, le dimanche de la Trinité, saint Jean-Baptiste, la Nativité de la Vierge, les principales fêtes de la cathédrale, pour des causes graves intéressant l'Eglise universelle ou le diocèse, enfin chaque fois qu'il plaira à l'évêque.

In aliis autem festivitatibus, videlicet in nocte Nativitatis Domini, S. Stephani, S. Joannis evangelistae, Circumcisionis Domini, feria secunda et tertia Paschae, Dominica in albis, Dominica SS. Trinitatis, in festo S. Joannis Baptistae, in festo Nativitatis beatae Mariae Virginis, in aliquibus festivitatibus Ecclesiae cathedralis, et pro aliqua re gravi ad universalem vel propriam Ecclesiam spectante, vel alias quandocumque episcopo placuerit, poterit, paratus cum pluviali et mitra, assistere missae, per aliquem praelatum, dignitatem seu canonicum celebrandae, in qua omnia servabuntur quae supra explicata fuerunt in c. IX, l. II de missa solemni, quae coram episcopo celebratur : et si praecedenti die episcopus interesse voluerit, celebrabuntur similiter, prout dicitur in c. II *ejusdem* l. II de vesperis solemnibus, episcopo in crastinum non celebraturo (*Caer. episc.*, l. II, c. XXIV, n. 4).

3. Le Pape tient *chapelle*, quand il assiste à l'office entouré des cardinaux. Les chapelles papales, au nombre de cinquante-huit, se répartissent ainsi :

Messes. — Quatre dimanches d'Avent, Mercredi des Cendres, six dimanches de Carême, Jeudi-Saint, Vendredi-Saint, Samedi-Saint, Lundi de Pâques, Mardi de Pâques, Samedi *in albis*, Circoncision, Epiphanie, Chaire de Saint-Pierre, Purification, Annonciation, Ascension, Pentecôte, Trinité, Saint-Philippe Néri, Anniversaire de Pie IX, Création de Léon XIII, son couronnement, Saint-Jean-Baptiste, Assomption, Nativité de la sainte Vierge, Toussaint, Commémoraison des morts, Commémoraison des papes défunts, Commémoraison des cardinaux défunts, Saint-Charles Borromée, Noël, Saint-Etienne, Saint-Jean.

Premières Vêpres. — Circoncision, Epiphanie, Ascension,

Pentecôte, Trinité, Fête-Dieu, Saint-Pierre et Saint-Paul, Toussaint, Commémoraison des morts, Noël.

Matines. — Noël, Commémoraison des morts, Mercredi-Saint, Jeudi-Saint, Vendredi-Saint.

Processions. — Premier dimanche d'Avent, Purification, Dimanche des Rameaux, Jeudi-Saint, Fête-Dieu, Octave de la Fête-Dieu.

1. L'évêque prend le pluvial aux fêtes les plus solennelles du second ordre, et alors tous les honneurs lui sont dus, comme bénédiction de l'encens et de l'eau, bénédiction du diacre avant l'évangile, absolution après le sermon et bénédiction à la fin de la messe. Mais il doit s'abstenir de siéger ainsi vêtu aux fêtes moins solennelles.

MELPHITEN. — Teneri canonicos excipere episcopum ad formam caeremonialis approbati a s. m. Benedicto XIII, et ad Dom. secretarium juxta mentem, quae est, ut episcopus se abstineat ab hujusmodi assistentia cum pluviali in diebus minus solemnibus. 20 Jul. 1743.

Il prend la *cappa* pour les jours moins solennels et encore lorsque la messe est célébrée au fauteuil par un évêque : il se réserve alors seulement l'absolution et l'officiant peut bénir solennellement après s'être tourné vers l'Ordinaire, comme pour lui en demander la permission. Il ne convient pas qu'il prenne le pluvial, à moins que l'évêque ne soit son inférieur hiérarchiquement ou son suffragant. Les cercles se font au trône.

Le Cérémonial doit être strictement observé sur tous ces points.

BITUNTINA. — Archidiaconus Bituntinus supplicavit rescribi servandam esse dispositionem Caeremonialis episcoporum circa assistentiam debitam episcopo tam solemniter celebranti, quam cum cappa divinis assistenti. Et S. R. C. mandavit : Servari dispositionem Caeremonialis episcoporum. Die 9 Decembris 1638.

L'entrée se fait avec le cortège du chapitre, qui assiste l'évêque au trône en son costume canonial, sans ornements sacrés. L'évêque n'est encensé qu'une fois après l'offertoire.

Quemadmodum superius de vesperis solemnibus coram episcopo celebrandis diximus, episcopum pluviali ac aliis paramentis ibidem

expressis indutum convenienter interesse et officium facere; sic etiam, cum ipsemet non erit celebraturus, sed missae per alium celebrandae intererit, iisdem sacris indumentis vestitus esse poterit, eodemque modo, ordine et loco ea sumere, prout ibidem demonstratum fuit. Quo casu debent ei assistere duo antiquiores diaconi, sive ex dignitatibus, sive, his deficientibus, ex canonicis, et his deficientibus, juniores presbyteri in eorum habitu canonicali, sed sine sacris paramentis. Ordo autem, quoad accessum ad Ecclesiam, deductionem et obviationem canonicorum, ac reditum in fine, idem erit, prout supra in c. xv, §§ 1 et 11, l. I, declaratur. In solemnioribus festivitatibus episcopus erit semper cum pluviali, ut supra dictum est. Poterit tamen, si magis placebit, hujusmodi missae in festis minus solemnibus cum sua cappa pontificali interesse et tunc etiam debent ei assistere praefati duo diaconi et presbyter assistens.

Quae autem ab ipso episcopo agenda exercendave erunt in hujusmodi missa, diverso modo statuuntur. Nam aut missa celebrabitur per aliquem alium episcopum seu suffraganeum, et tunc episcopus proprius interesse debet cum cappa, et omnia deferre episcopo celebranti, praeter absolutionem et benedictionem post sermonem, ac indulgentiarum concessionem, quae omnino ab ipso proprio episcopo peragenda sunt. Caetera in missa occurrentia, ut benedictionem incensi et aquae, benedictionem diaconi ante evangelium, deosculationem manus quae fit ab eodem diacono et subdiacono, benedictionem in fine missae et similia relinquit episcopo celebranti, qui in benedictione solenni in fine missae vertens se versus episcopum quasi veniam petet, et ipse nutu annuet. Circuli tamen canonicorum fient ante ipsum episcopum proprium, quamvis cappa indutum.

Sed si episcopus proprius forte vellet esse paratus in hujusmodi missa ab alio episcopo celebrata, quod non convenit, nisi celebrans sit suffraganeus vel alias subditus episcopo, deberet omnia praedicta ipse facere.

Si vero episcopus intererit missae celebratae per aliquem inferiorem episcopo, sive cum pluviali et mitra, sive cum cappa, omnes praeeminentiae, honores et actus praefati conveniunt ipsi soli episcopo, excepto quoad thurificationem ; quia quando non est paratus, ut supra, non debet thurificari, nisi post thurificationem oblatorum tantum (*Caer. episc.*, l. II, c. ix, n. 1, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8).

5. L'évêque lit dans le missel l'introït, l'épître, le graduel et l'*alleluia*, l'évangile et la post-communion.

Cum episcopus in missis solemnibus praesens est, quamvis ipsemet

officium minime faciat, sive sit in pluviali et mitra, seu tantummodo cappa pontificali indutus, tenendus est prope ipsum liber missalis, quem aliquis ipsius minister, cotta indutus, custodiet, et cum opus erit, illum super caput apertum tenens, offeret ante episcopum... Ex hujusmodi libro episcopus quatuor leget infra posita, videlicet, primo introitum; secundo, epistolam, graduale, alleluia, sequentiam sive tractum, et caetera usque ad evangelium inclusive; tertio offertorium, quarto postcommunionem (*Caer. episc.*, l. I, c. xx, n. 1 et 2).

6. Les cercles se font quatre fois devant l'évêque : pour le *Kyrie* et le *Gloria*, le *Credo*, le *Sanctus* et l'*Agnus Dei*. Ils n'ont lieu qu'à la messe et jamais aux vêpres. L'ordre observé est celui-ci : le trône est entouré en demi-cercle, de telle façon que le plus digne se trouve à la droite de l'évêque et le moins digne en face de lui. Les chanoines ne se divisent pas alors comme dans les stalles, mais à la suite des dignités et des prêtres viennent les diacres et les sous-diacres ; ils se rejoignent au milieu, de manière à former une ligne non interrompue. L'évêque les congédie par le signe de la croix et ils retournent à leurs stalles dans l'ordre inverse où ils sont venus, c'est-à-dire que les plus dignes partent les premiers.

Les cercles n'ont pas lieu aux messes des morts.

Les prières se récitent debout, à mi-voix et tous ensemble.

In missa quoque solemni, quae non ab episcopo, sed coram eo celebratur, quater circuli fiunt : primo cum episcopus stans in sua sede legit introitum et dicit *Kyrie eleison*, etc., et successive hymnum angelicum *Gloria in excelsis Deo*, etc.; postquam intonatus erit a celebrante, si recitandus sit. Canonici enim opportuno tempore, discedentes ab eorum sedilibus, procedunt ad medium chori, factis altari et episcopo reverentiis, et se sistunt in circulum ante episcopi faciem, quod diversimode fit pro diversitate situationis altaris et sedis episcopalis. Si enim altare adhaereat parieti, et sedes episcopalis sit in latere evangelii, incipiunt procedere juniores canonici a sedili diaconorum ita ut ultimus canonicus consistat ante faciem episcopi, quos gradatim alii sequuntur, perficiendo circulum, et dignior canonicus sive dignitas, modicum a suo sedili digressus, stat ad dexteram episcopi. Si vero altare erit sub tribuna, et sedes episcopalis ex opposito altaris, tunc canonici venientes ad circulum, procedunt simul ab utraque parte, non perficientes circulum, ne terga vertant altari, sed. facientes hinc semi circulum, et sic stantes dicunt cum episcopo

Kyrie eleison; quo dicto, si dicendum sit *Gloria in excelsis Deo*, etc., expectant ibidem donec celebrans incipiat *Gloria in excelsis Deo* et ipsi cum episcopo prosequantur usque ad finem. Quo finito, producente super eos episcopo signum crucis (quod sic semper in fine circuli observatur) factaque illi et altari reverentia, recedunt ad loca sua, eundemque ordinem servant, quoties in missa veniunt ad circulum: quod secundo erit, cum dicitur symbolum, si dicendum est, in quo simul cum episcopo genuflectunt ad articulum *Et incarnatus est*, etc. Et si forte, cum redeunt ad loca sua, idem articulus cantetur a choro, ubicumque erunt, pariter genuflectent, donec articulus perficiatur. Tertio loco veniunt ad circulum circa finem praefationis, ut dicant cum episcopo *Sanctus, sanctus*, etc., non tamen pectus percutientes: dicto *Benedictus qui venit*, etc., et facto super eos signo crucis ab episcopo, recedunt; quarto et ultimo, paulo antequam celebrans dicat *Per omnia saecula*, etc., ante *Pax Domini*, etc., iterum veniunt ad circulum, ut dicant cum episcopo *Agnus Dei*, etc. Et tunc, dum veniunt ad circulum et dum discedunt, ambobus genibus versus altare genuflectant propter reverentiam Sanctissimi Sacramenti, quod est super eo. Cum canonici a circulis revertuntur ad sedes suas, faciunt contrario modo quam faciunt veniendo; quia primo revertuntur seniores, mox juniores. Illud demum sciendum est, hujusmodi circulos fieri tantum in missis, non autem in vesperis, et cum episcopus praesens est missae per alterum cantatae, sive diebus festis, sive ferialibus: numquam autem quando ipsemet episcopus celebrat... In missis vero defunctorum, circuli non fiunt nec feria sexta in Parasceve (*Caer. episc.*, l. I, c. XXI, n. 3, 4, 5, 6).

L'évêque peut laisser au chœur plusieurs chanoines, si leur présence y est nécessaire pour soutenir le chant, et alors il les dispense des cercles.

CURSULEN. — An episcopus, tempore circuli, possit relinquere in choro duas dignitates et unum canonicum seniorem pro substentatione cantus, juniores vero canonicos cogere ad circulum? — S. R. C. resp.: Posse, deficientibus cantoribus. 31 Maii 1670.

Les chanoines ont la tête entièrement nue, pendant tout le temps que durent les cercles, c'est-à-dire qu'ils ne peuvent même pas garder la calotte, malgré la coutume contraire.

ADJACEN. — Rmo episcopo Adjacen. postulante: An liceat canonicis suae cathedralis circulum circa ipsum solemniter celebrantem,

pileolo in capite retento, conficere, dum *Gloria* canitur et *Credo*, consuetudini cuidam innixis? — S. R. C. censuit : Juxta sensum Caeremonialis episcoporum canonicos teneri ad discooperiendum caput in circulis praedictis, non obstante quacumque consuetudine. Die 17 Maii 1760.

De même, lorsqu'ils assistent l'évêque, ils doivent ne pas garder la calotte, ce qui serait un manque de respect.

OPPIDEN. — 4. Quatenus declaretur episcopum posse cum pileolo assistere ut supra, an idem pileolum retinere pariter possint canonici in choro et solio assistentes dum descendunt ad circulum ad *Gloria*, *Credo*, *Sanctus* et *Agnus Dei*?

5. An canonici, utcumque episcopo ministrantes in sacris functionibus, debeant semper id praestare capite detecto, et absque pileolo?

6. An iidem canonici episcopo ministrantes dum sacrum peragit, saltem possint retinere pileolum usque ad consecrationem, illudque resumere sumptione peracta?

S. R. C. resp. : Ad 4. Negative in omnibus expressis circumstantiis.

Ad 5. Semper sine pileolo.

Ad 6. In sacris functionibus nunquam pileolo uti posse. 14 Junii 1845.

7. L'évêque descend de son trône, au commencement de la messe, pour réciter la confession avec le célébrant, mais seulement dans son diocèse. Le célébrant se tient alors à sa gauche.

Si autem solemniter celebret coram summo pontifice, aut alio ex praelatis praedictis in ecclesiis eorum juridictionis, stans a sinistris praelati, facit cum eo confessionem, et alia servat ut in Pontificali et Caeremoniali romano ordinatur (*Miss. Rom.*). — Ipse vero episcopus, cum cappa vel cum pluviali nigro, seu violaceo, facta confessione cum celebrante, ibit cum suis assistentibus ad sedem suam (*Caer. episc.*, l. I, c. XII, n. 1).

8. L'évêque doit quitter la mitre et se lever dès le commencement de la préface.

BENEVENTANA. — Cum ex Caeremoniali episcoporum, l. II, c. IX, minime colligi possit quonam tempore episcopus, in missa solemni quae coram ipso pluviali et mitra parato celebratur, debeat in praefatione deponere mitram, cumque in Caeremoniali romano, l. II, c. II, haec habeantur, videlicet : *Cum perventum fuerit ad praefationem et*

incipit : Per omnia saecula saeculorum, etc. *Papa surgit cum mitra, et postea dicunt Sanctus, cum papa stante sine mitra* : Emus et Rmus D. card. Ursinius, archiepiscopus Beneventanus, S. R. C. supplicavit pro declaratione sequentis dubii, videlicet : An supradicta expressa in Caeremoniali sint servanda et ab episcopis, quando missae solemni, ut supra, parati assistunt ? Et quatenus affirmative, determinatum tempus pro mitrae depositione assignandum quaesivit. Et S. R. C. censuit : Surgat sine mitra. Die 5 Martii 1695.

9. Lorsque l'évêque assiste en *cappa*, il doit lui-même se coiffer de la barrette et l'ôter ; il n'est aidé par ses assistants qu'autant qu'il a la mitre.

SAONEN. — An, dum episcopus cum cappa missis seu divinis officiis assistit, teneantur ipsi canonici assistentes eidem ponere et deponere biretum, quoties caput aperiendum seu tegendum est ? — S. R. C. respondit : Id minime convenire, sed episcopum sibi ipsi caput tegere et detegere debere : quia assistentia proprie episcopo convenit quando est paratus cum mitra et tunc assistentes ei mitram ponere et deponere debent (1604).

NICIEN. — S. R. C. ita responderi censuit, ut alias saepe : Episcopum. divinis officiis interessentem cum cappa pontificali, debere per seipsum sibi detrahere et ponere biretum, et ad hoc non teneri canonicos assistentes. 13 Sept. 1646.

LAUDEN. — Episcopus, sacris functionibus assistens sine vestibus sacris, propriis manibus sibi extrahere debet biretum, et hoc non possunt neque debent facere assistentes, quia, quando episcopus est cum cappa, nullus ei assistere debet, ut decernit idem Caeremoniale in l. II, c. x et xxii. Et ita declaravit et servari mandavit. Hac die 4 Aug. 1674.

10. Plusieurs points sont réglés par le décret suivant rendu pour Lodi. L'évêque paré est encensé trois fois et seul après l'évangile, à l'exbulscion du célébrant ; en *cappa*, il n'a droit à l'encens qu'à l'offertoire ; pendant l'encensement de l'autel, il est assis ; pendant la publication des indulgences, il est assis et couvert ; enfin il se couvre et se découvre lui-même, quand il a la barrette, sans le secours d'assistants.

LAUDEN. — 1. Se dopo l'evangelio si debba incensare solo il ce-

lebrante, oppure anche il vescovo che assiste alla messa cantata?

2. Se nel tempo che s'incensa la croce, altare ed oblata, il vescovo debba stare in piedi o sedere coperto?

3. Se nella publicazione delle indulgenze, dopo la benedizione del vescovo, egli debba sedere coperto o no?

4. Se il vescovo che assiste alle funzioni debba levarsi stesso la bireta o farla levare dagli assistenti?

S. R. C. respondit : Ad 1. Aut episcopus, pluviali indutus et mitra redimitus, missae per alium celebratae assistit et in eo casu solus episcopus post evangelium thurificari debet, ut in Caeremoniali episcoporum, l. I, c. XXIII; vel eidem missae assistit cum cappa et eo casu episcopus una vice tantum thurificari debet, ad incensationem videlicet quae fit post offertorium, ut in eodem Caeremoniali, l. II, c. IX, *in fine*.

Ad 2. Episcopus sedere debet quoties incenso adoletur altare, quia quoad sessiones diversimodo se habent altari ministrantes et assistentes solio episcopi, ut idem Caeremoniale, in l. I, c. XVIII, fere per totum.

Ad 3. Aut ipsemet episcopus celebrat solemniter, et tunc, quia est apud altare, stare debet cum mitra, dum per presbyterum assistentem in eodem loco indulgentia publicatur, ut in Caeremoniali episcoporum, l. I, c. XXV, vers. *Reliquum est*, etc.; vel assistit missae per alium celebratae, et tunc sedere debet, dum aut per sermocinatorem vel celebrantem in fine missae publicatur indulgentia, ut in eodem Caeremoniali, loco proxime citato versus *Publicata indulgentia*. Hac die 4 Augusti 1674.

SALISBURGEN. — Cum in Caeremoniali episcoporum, c. XXIII, § 3, *post oblata* habeantur sequentia verba : *Ita ut episcopus mitratus ter in missa thurificetur*, ab archiepiscopo Salisburgensi a S. R. C. quomodo *mitratus* intelligendum sit declarari quaesitum fuit. Et S. eadem R. C. resp. : Verbum *mitratus* in supracitato c. III Caeremonialis episcoporum, de episcopo cum pluviali et mitra assistente intelligendum esse. Die 30 mensis Martii 1697.

S. C., vigore specialium facultatum, attentis precibus oratoris (fr. Clementis Mangini, ordinis carmelitarum excalceatorum, episcopi Cuneen.), vigore specialium, etc., precibus benigne annuit pro facultate disponendi, etiam per testamentum, ita tamen ut bona in tres partes dividantur, quarum una Ecclesiae cathedrali cedere debeat, alia in opera pia, de tertia vero libere disponere possit, reservatis sacris supellectilibus ad formam const. S. Pii V, favore Ecclesiae cathedralis; contrariis quibuscumque non obstantibus. Romae. 25 Februarii 1850.

Martin Caliendi passa de l'évêché de Ripatransone à celui de Montefeltro, qu'il occupa jusqu'à sa mort arrivée en 1849. Le

spolium ayant été l'objet d'une transaction avec le chapitre de Ripatransone, le chapitre de Montefeltro le partagea avec les héritiers de l'évêque, mais à la condition expresse que, de part et d'autre, on s'obligeait à la restitution pour tout ce qui serait indûment perçu.

Les héritiers ayant appris par la constitution de Pie IX qu'ils pouvaient garder tout ce que l'évêque avait acquis de ses biens propres et ce dont il n'avait pas disposé en faveur de l'Eglise, revendiquèrent le *spolium* tout entier comme acheté avec sa fortune personnelle. Le chapitre restitua la part qu'il avait reçue, mais en réservant le consentement de la Congrégation du Concile qui fut aussitôt consultée. Le chapitre et le nouvel évêque s'appuyaient sur ce passage de la constitution de Pie IX, qui porte que l'évêque doit, pour éviter tout litige, dresser en forme authentique un inventaire dans lequel est inscrit sous une rubrique spéciale ce qui a été acheté avec le revenu de sa mense ; autrement, on doit présumer que tous les objets ont été acquis de la sorte. Or, la Sacrée Congrégation elle-même a déclaré que l'inventaire était obligatoire.

Les héritiers invoquèrent en leur faveur le témoignage des marchands à qui les objets avaient été achetés et n'omirent pas de dire que l'évêque les possédait déjà lors de sa translation au siège de Montefeltro.

La Congrégation du Concile, le 8 avril 1851, décida que la remise faite par le chapitre aux héritiers demandait la sanction du pape *ad cautelam*. Or, Pie IX approuva la résolution prise, ajoutant qu'il désirait que les héritiers laissent à la cathédrale de Montefeltro, qui est pauvre, quelques-uns des objets légués.

FERETRANA, SPOLII. — Presbyter Martinus Caliendi, ad pontificalem dignitatem in Ecclesia Ripana promotus, deinde post triennium ad Ecclesiam Feretranam translatus fuit : tandem, die 10 Aprilis 1849, diem suum obiit. Hinc quoad ejus sacra utensilia et supellectiles, re composita cum capitulo Ripano, divisio facta est inter capitulum Feretranum et haeredes Caliendi, ea tamen protestatione mutuae restitutionis si constaret rem aliquam ad quemlibet eorum non spectare.

Paulo post haeredes Caliendi, cognitis litteris apostolicis in forma brevis incip. *Cum illud plurimi* SSmi D. N. Pii pp. IX, die 1 Junii 1847

editis, in quibus ita enunciabantur quae in spolio minime comprehenduntur, « exceptis annulis et crucibus pectoralibus, etiam cum sacris reliquiis, et iis omnibus utensilibus cujusvis generis, quae legitime probentur ab episcopis defunctis comparata fuisse bonis ad Ecclesiam non pertinentibus, neque constet Ecclesiae fuisse donata, » contendebant ab episcopo Caliendi sacra utensilia aere proprio comparata fuisse; ideoque in jus vocabant capitulum, quod tamen ne sese expensis litis subjiceret, restituit haeredibus Caliendi sacra utensilia quae ipsi expostulaverant, salvo tamen S. C. beneplacito.

Hinc preces ad S. C. datae fuerunt nomine capituli ad impetrandam S. Sedis confirmationem, ut capitularium conscientiae consuleretur. Verum cum in dictis litteris apostolicis, post relata superius verba immediate legatur : « Volumus propterea teneri ac debere episcopos conficere in forma authentica inventarium sacrorum utensilium, in quo pro rei veritate exprimant quando acquisita fuerint et speciali nota describant quae ex Ecclesiae redditibus ac proventibus sibi compararunt, ne alias praesumi debeat ea omnia redditibus Ecclesiae comparata fuisse ; » capitulum instabat, ut, non obstante traditione ab ipso facta haeredibus Caliendi, S. C. jura Ecclesiae, attenta omissione inventarii, tueretur ; inventarium enim prescribitur, ne secus praesumi debeat utensilia redditibus omnino Ecclesiae fuisse comparata.

Novus episcopus, de informatione et voto requisitus, capitulo suffragabatur, quia episcopus defunctus inventarium non confecerat, quod ipse ita necessarium autumabat, ut, eo deficiente, sacra utensilia Ecclesiae redditibus comparata haberi prorsus debeant, vel ab episcopo Ecclesiae donata : secus frustranea foret prescriptio inventarii ad lites evitandas, si alio modo inventarii defectui supplere possit : praesumptionem vero donationis favore Ecclesiae in casu concurrere existimabat eo vel magis quod episcopus defunctus nullam de sacris utensilibus in testamento mentionem fecerit. At haeredes Caliendi acriter contendebant praesumptionem cedere veritati, si aliis probationibus demonstraretur sacra utensilia aere proprio ab episcopo comparata fuisse. Id demonstrare conabantur, tum allatis quibusdam testimoniis illorum a quibus acquisita fuere, tum etiam deducta ratione ex eo quod episcopus sacra jam utensilia haberet, cum e Ripana ad Feretranam Ecclesiam translatus fuerit.

Quaestionis igitur cardo praesertim versabatur circa emissionem inventarii. Praefatae litterae apostolicae latae fuerunt, praevio examine et voto S. C. E E. et R R. Porro in S. C. propositum fuerat dubium : Si, et quelle règle établir pour empêcher que, dans les cas de partage, naissent des questions sur l'incertitude de la provenance des mêmes ustensiles sacrés ?

Eminentissimi Patres rescripserunt : Affirmative et mandandum esse episcopis ut in forma authentica conficiant inventarium sacrorum utensilium, in quo speciali nota descripta sint ea quae ex Ecclesiae redditibus et proventibus sibi compararunt. Videtur igitur praescriptum fuisse inventarium ut constitueretur praesumptio, quam vocant *juris* et *de jure*, nempe « ea, cui jus adeo fortiter innititur, ut eam plene pro veritate habendam decernat. Unde hoc operatur in foro judiciali quantum ipsa veritas » (Reffenst., l. II Dec., tit. XXIII, § 2, n. 26).

Contra hanc praesumptionem regulariter non admittitur probatio in contrarium (Reffenst., l. II, c. I, n. 52). Nihilominus (prosequitur idem auctor) allata regula fallit in nonnullis casibus... siquidem contra praesumptionem juris et de jure admittitur probatio per evidentiam facti seu per notarium ; quia probatio, quae est per evidentiam facti, nunquam censetur exclusa ; quando enim constat certo et evidenter de veritate, cessat dubium circa quod versatur praesumptio, unde necesse est ut praesumptio cedat veritati. Quinimo docet « hoc ipsum procedere de duobus vel tribus testibus summae fidei sive multum legalibus, et probis » (l. C, n. 5, 7 et 59).

Porro capitulum autumabat standum esse praesumptioni *juris* et *de jure* ; et haeredes Caliendi contendebant standum esse testium attestationibus, nempe veritati. Sed ambigendum fortasse erat an quoad singula utensilia evidentia et certa testimonia revera haberentur.

Proposito igitur in congregatione generali, habita die 4 Aprilis 1851, dubio : Si et comment, dans ce cas, il convient de concéder la sanction apostolique à l'acte de consignation faite par le chapitre de Montefeltro aux héritiers Caliendi des objets désignés dans la note ?

Eminentissimi Patres, referente Eminentissimo Brignole, rescripserunt : Affirmative, facto verbo cum Sanctissimo, ad cautelam.

Et facta de praemissis relatione Sanctissimo Domino nostro Pio pp. IX, Sanctitas Sua resolutionem S. C. approbavit, mandans scribi episcopo ad mentem. Mens est : Que Sa Sainteté désirerait que les héritiers Caliendi laissassent à l'église pauvre les objets désignés par les treize derniers articles de la note. 4 Aprilis 1851.

7. Les évêques doivent dresser un inventaire authentique des objets consacrés au culte, avec l'indication de l'époque de leur achat ; et désigner, par un signe particulier, ceux qu'ils auront achetés avec leurs revenus ecclésiastiques : autrement, tous ces objets sont présumés avoir une telle origine.

Le droit des églises cathédrales est tel, que plusieurs fois la

Sacrée Congrégation a ordonné de prélever sur la succession héréditaire le prix des ornements qui n'existaient pas à la mort de l'évêque. Sont nuls les testaments et codicilles, par lesquels les évêques laissent ces objets sacrés à des personnes ecclésiastiques ou à des établissements pies, au préjudice de leur église cathédrale.

Ces principes ont reçu leur application dans la cause jugée en 1858 par la S. Congrégation du Concile.

A la mort de l'évêque de T., le chapitre de la cathédrale envoya, selon l'usage, quelques chanoines recueillir les ornements sacrés qu'il avait laissés. Le chapitre de F. réclama une chasuble tissue d'or et d'argent, léguée, disait-il, par le prélat défunt, qui avait été un de ses dignitaires, avant d'être élevé à l'épiscopat. Les deux chapitres. ne pouvant se mettre d'accord, s'adressèrent à la S. Congrégation. Les deux évêques interrogés défendirent chacun les droits respectifs de leur chapitre.

Il ne s'agit pas ici d'une question de droit. Les uns et les autres reconnaissent que les ornements achetés avec les revenus ecclésiastiques appartiennent à l'église cathédrale, et que l'évêque a la libre disposition de tous ceux d'une origine différente.

Le chapitre de F. soutient donc que la chasuble en question a été achetée par l'évêque avec des biens non ecclésiastiques et qu'elle lui a été léguée.

La première assertion est prouvée par le double témoignage de l'abbesse du monastère de la Très-Sainte-Trinité de cette ville, à qui fut confié le travail, et du chanoine B., administrateur des biens patrimoniaux de l'évêque. Celui-ci, n'étant encore que primicier du chapitre de F., demanda à l'abbesse la chasuble en question après son élection, et, avant son départ, il lui remit 40 écus qui servirent à acheter l'or et l'argent nécessaires à sa confection, et il chargea le chanoine B. de couvrir tous les autres frais avec les revenus de son patrimoine. Le chanoine remit à l'abbesse, à diverses reprises, jusqu'à 60 écus, qu'il disait toujours avoir pris sur les revenus patrimoniaux. La chasuble étant terminée, fut remise sans étole ni manipule pour la faire parvenir à l'évêque ; une mort prématurée l'a empêché de payer la main-d'œuvre.

La donation faite au chapitre de F. est prouvée par le gardien

des capucins de T., confesseur de l'évêque. Pendant sa maladie, il aurait dit à diverses reprises au témoin que sa volonté dernière et absolue était de laisser la chasuble, brodée d'or et d'argent, au chapitre de F., en reconnaissance des bienfaits qu'il avait reçus de cette cathédrale, et de la gracieuse offrande d'un calice d'argent donné par ce chapitre lors de sa promotion à l'épiscopat.

Comme il s'agit d'une cause pie, ajoute en terminant l'avocat du chapitre de F., les preuves légales ne sont pas requises ; la preuve morale suffit (cap. *Indicante de test.*). Le témoignage du confesseur et les motifs qui l'ont poussé à faire cette donation ne permettent pas de douter de l'intention de l'évêque.

Les chanoines de T. nient l'un et l'autre fait. Premièrement, l'ornement en question a été payé avec des revenus ecclésiastiques. L'étole, le manipule et tous les accessoires ont été brodés par les religieuses de cette ville, et les revenus de la mense ont servi à payer les dépenses. Les témoignages contraires ne prouvent rien. L'évêque avait un très petit patrimoine ; lors de sa promotion à l'épiscopat, il contracta de grandes dettes, couvertes ensuite par les revenus de la mense. Si donc le chanoine B. a pris des revenus patrimoniaux pour payer une partie de la chasuble, il faut considérer que, sans la mense, l'évêque aurait été obligé d'employer les revenus de son patrimoine à payer ses dettes.

Il a laissé un inventaire de tous les objets achetés avec ses biens héréditaires, la chasuble en question n'y est pas désignée. On n'a pas trouvé l'inventaire des objets achetés avec les revenus ecclésiastiques.

En second lieu, la donation faite au chapitre de F. est loin d'être prouvée. Plusieurs circonstances infirment le témoignage du gardien. Il est seul, et sa déposition unique ne peut rien prouver ; le chapitre de T. jouit des mêmes privilèges et des mêmes faveurs légales que celui de F. Dans son testament, fait pendant sa maladie par devant notaire, l'évêque a fait plusieurs legs, et celui-ci n'est pas mentionné. De toutes les personnes qui entouraient le lit du malade, le gardien est le seul qui ait connaissance de cette donation.

Enfin, au témoignage de son vicaire général et des religieuses de T., il a manifesté plusieurs fois l'intention de laisser cet orne-

ment à sa cathédrale, dont il n'ignorait pas les droits, et voilà pourquoi la chasuble n'a pas été inscrite parmi les autres objets sacrés achetés avec les biens patrimoniaux. Le don du calice d'argent fait par le chapitre de F. a été largement compensé par la remise d'une somme assez forte que le trésorier devait au prélat.

La S. Congrégation décide que la chasuble appartient à la cathédrale :

An sacerdotalis palla de qua agitur tradenda sit Ecclesiae cathedrali T. seu potius Ecclesiae cathedrali F. in casu ? Sacra Congr. respondit : Affirmative quoad primam partem, negative quoad secundam. Die 27 Martii 1858.

8. Quand deux sièges sont canoniquement unis, à la mort de l'évêque, le partage se fait entre les deux cathédrales. Une controverse s'est élevée, en 1867, entre deux chapitres relativement au partage. L'un réclamait un tiers du *spolium* en vertu de la coutume : elle lui a été accordée, car il est très difficile de supposer l'apport exact de chacune des deux menses. L'autre prétendait aux trois quarts, à cause de la discipline actuelle qui exige que la répartition tienne compte des revenus de chaque siège en particulier.

Les *Acta Sanctae Sedis* ont ainsi rendu compte du débat :

COMPENDIUM FACTI. — In cathedralibus Ecclesiis canonice unitis A. et B., mortuo episcopo, quaedam controversia orta est inter capitula utriusque cathedralis circa divisionem spoliorum episcopi defuncti faciendam. Capitulum enim cathedralis Ecclesiae A. contendebat sibi pertinere unam ex tribus spoliorum partibus ; e contra capitulum Ecclesiae cathedralis B. contendebat sibi pertinere non duas ex tribus partibus sed tres e quatuor partibus. Capitulum A. innitebatur praesertim consuetudini ; capitulum B. innitebatur vigenti ecclesiasticae disciplinae.

Propositum autem est S. Congregationi dubium quod infra ponitur.

DISCEPTATIO SYNOPTICA. — QUID SUI FAVORE DEDUCERET CAPITULUM A. — Admittebat quidem capitulum A. in Ecclesiis cathedralibus canonice unitis spolia episcopi dividenda esse, servata proportione, juxta rationem reddituum quos mensa episcopalis percipit ex utraque unita Ecclesia ; tamen subjungebat, cum ejusmodi redditus utriusque mensae distincte accurateque computari non sine magna

difficultate possint, consuetudinem recte subintrare, quae partem spoliorum determinat.

Consuetudinem autem determinantem tertiam spoliorum partem ostendi posse capitulum contendebat ex quibusdam vetustis resolutionibus capitularibus, quae sive implicite sive explicite de hac tertia spoliorum parte mentionem facerent.

Quae sui favore deduceret capitulum B. — E contra capitulum B. statuto principio, divisionem faciendam esse habita ratione redditunm utriusque mensae, contendebat, mensam episcopalem percipere tres ex quatuor redditunm partibus ab Ecclesia cathedrali B. ; ideoque tres ex quatuor spoliorum partibus sibi pertinere. Eo vel magis quod redditus utriusque mensae sint separati ; et ad rem adducebat constitution. Sanctissimi D. N. diei 1 Junii 1847, *Quum illud*, in qua haec constituta sunt : *Ubi enim aliquis episcopus simul praefuerit duabus vel pluribus Ecclesiis unitis, vel in perpetuam administrationem concessis, quae habeant capitulum et cathedralem Ecclesiam propriam ac distinctam, sacrorum utensilium divisionem faciendam esse edicimus aequis partibus singulis Ecclesiis cathedralibus, quatenus earumdem Ecclesiarum unitarum vel in perpetuam administrationem concessarum redditus non sint divisi, sed unam episcopalem mensam perpetuo constituant : si vero redditus divisi ac separati fuerint, divisionem fieri mandamus singulis Ecclesiis cathedralibus proportionaliter ratione fructuum.* Quae ultima verba casui praesenti rite applicantur.

Negabat praeterea adesse consuetudinem favore Ecclesiae cathedralis A., quam quidem capitulum A. non satis probabat : quod si probaret, subiungebat capitulum B. eam suo vigore destitutam esse existimandam ob clausulas adiectas allegatae constitutioni ; in ea namque legitur : *Non obstantibus scilicet, si opus fuerit, nostrae et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo aliisque apostolicis constitutionibus et ordinationibus caeterisque etiam speciali et individua mentione ac derogatione dignis in contrarium facientibus.*

Post haec nonnulla *ex officio* adducebantur quae ostendunt quaenam fuerit in his causis judicandis S. Congregationis disciplina : nimirum quoties quaestio mota fuerit coram S. C. C. de spoliis inter duas Ecclesias dividendis, toties resolutum fuisse ea Ecclesiae illi cedere debere, cujus redditibus ab episcopo ea acquisita fuisse praesumantur, juxta constit. S. Pii V, die 30 Augusti 1567, *Romani Pontificis*, quae confirmata fuit alia constitutione Innocentii XII *Inscrutabili*, die 29 Januarii 1694.

Anno 1708 cum obiisset episcopus Gorius, qui ab Ecclesia Cathacensi translatus fuerat ad Ecclesiam Suessanam, et orta esset quaestio circa spolia, sequens S. C. propositum fuit dubium : « An bona mobi-

lia, libri, pecuniae caeteraque, praeter sacra paramenta, inventa tempore obitus episcopi Gorii Suessani, prius episcopi Cathacensis, apud ipsum, spectent ad Ecclesiam Cathacensem vel potius ad Ecclesiam Suessanam : » et rescriptum prodiit die 28 Septembris 1709 : *Bona quaesita ex fructibus Ecclesiae Cathacensis spectare ad eamdem* ; quae quidem resolutio confirmata fuit die 25 Januarii 1710, ut in *Lib. Decr.* 59, *p.* 331 *et* 60, *p.* 27. Item in *Trivicana seu Tricaricen.*, 6 Julii 1725. Mortuo episcopo Viglini, qui translatus ab episcopatu Trivicano ad episcopatum Tricaricensem, priorem Ecclesiam per annos decem et septem administraverat, et alteri paucos menses praesederat, proposita sunt dubia : I. « An mobilia, libri, pecuniae, argenta aliaque bona (praeter sacra paramenta) bon. mem. Simonis Viglini, prius episcopi Trivicani et postea Tricaricensis, reperta tempore ejus obitus spectent ad Ecclesiam Trivicanam vel potius ad Ecclesiam Tricaricensem in casu. » II. « An paramenta et vasa sacra aliaque argenta et supellectilia ad usum cappellae et cultum divinum destinata reperta, ut supra, debeantur Ecclesiae Trivicanae vel potius dictae Ecclesiae Tricaricensi in casu. » Quibus die 6 Julii 1726 responsum fuit : Ad I et II. *Pertinere ad Ecclesiam Trivicanam* (1).

(1) Ut clarius duae adductae resolutiones intelligantur, casum hic indicamus. Cum patres concilii provincialis Beneventani habiti anno 1693, Innocentio XII supplicassent pro quadam compositione super spoliis episcoporum regni Neapolitani cum Camera Apostolica ad modum et formam, qua capitula cathedralium ejusdem regni jam erant admissa, dictus pontifex constitutionem edidit in qua archiepiscopos, episcopos et praelatos inferiores regni Neapolitani exemit a Spolio, ita tamen ut Spolia praedicta essent applicanda, non ut antea favore Camerae Apostolicae, sed favore cathedralium, et, illis non indigentibus, favore parochialium ecclesiarum.

Sed in ea constitutione non fuerat praevisus casus episcopi, qui ab una Ecclesia ad aliam transferretur : hinc ea dubia proposita fuerunt S. C. resolvenda ; in his autem dubitandi formulis interseritur incisum *praeter sacra paramenta*, quia haec sacra paramenta praeservaverat jam S. Pius V in supra citata constitutione, ita ut nemo de his posset testari, neque ea Camerae Spoliorum obvenire ; edixit scilicet : *Quod de caetero omnia et singula ornamenta et paramenta ac vasa, nec non missalia et gradualia ac cantus firmi et musicae aliter quomodolibet nuncupati libri et aliae res sacrae etiam auri et argenti ac quaecumque alia bona per quoscumque patriarchas, archiepiscopos, episcopos... ad usum et cultum divinum etiam in eorum privatis aedibus et cappellis vel oratoriis destinata, tempore eorum obitus ex testamento vel ab intestato relicta, sub quibusvis facultatibus testandi et alias disponendi de bonis per eos ex altari vel alias quomodolibet acquisitis... minime comprehendantur, nec sub nomine Spoliorum veniant* (intellige quae cedere debeant Camerae

Sed altera indicabatur resolutio, quae propius casum nostrum attingit, scilicet quae data est in quadam *Treien. Spolii*, die 30 Augusti 1845. Enimvero cum anno 1843 defunctus esset in Ecclesia Montisfalisci episcopus Mattei, qui antequam ad eam transferretur rexerat Ecclesias Camerinensem et Treiensem, accidit ut Treiense capitulum postulaverit partem e sacris utensilibus, quae defuncto archiepiscopo inservierunt, pro rata portione fructuum et temporis quo praesul ille administrationem Treiensis Ecclesiae retinuerat, et contradicentes invenerit Camerinenses capitulares sibi universa spolia pro eo tempore contendentes. Proposito itaque dubio : « An et quomodo spectet ad Treiensem cathedralem jus ad sacra utensilia defuncti archiepiscopi Mattei in casu, » responsum prodiit : *Affirmative et spectare proportionaliter ratione fructuum*. Hanc autem disciplinam peculiari auctoritate sua SSmus D. N. plenissime confirmavit, ut in cit. constit. *Quum illud*.

Observabatur denique in propositione consistoriali pro Ecclesiis unitis de quibus agimus, fructus mensae ita indigitari solere, ut scutata 1500 rependantur ab Ecclesia B. et scut. 500 ab Ecclesia A.

DUBIUM. — An et qua proportione dividenda sint spolia bon. mem. episcopi N. inter Ecclesiam B. et Ecclesiam A. in casu ?

RESOLUTIO. — S. Congregatio Concilii, re discussa die 24 Augusti 1867, respondere censuit : *Affirmative pro una ex quatuor partibus favore capituli A.*

EX QUIBUS COLLIGES : I. Quamvis episcopi facultate testandi fuerint a Sede Apostolica donati de bonis ex redditibus ecclesiasticis acquisitis, non tamen inter haec bona comprehendi sacra utensilia.

II. Ejusmodi sacra utensilia nequaquam Spoliorum Camerae cedere, ubi jura Camerae Apostolicae vigent, sed propria manere ejus Ecclesiae vel Ecclesiarum, quibus vel simul vel successive praefuit episcopus, juxta constitutionem *Quum illud*.

III. Excipiendum esse casum, quo sacra utensilia ad solvendum aes alienum, quod defunctus episcopus contraxerit, omnino sint necessaria.

Apostolicae), *sed ad singulas ecclesias, monasteria... in quibus resederint... omnino spectent et pertineant...* Quam legem confirmavit Innocent. XII ; ea vero adeo censetur privilegiata, ut disputato in Sacra Congregatione Concilii dubio : « An creditoribus defuncti episcopi in subsidium, si alia bona non sufficiant, satisfaciendum sit ex bonis etiam benedictis seu pontificalibus, non obstante const. Beati Pii V ? » S. Congregatio nonnisi post longam disputationem die 29 Maii 1683 affirmativum dedit responsum, licet dicta constitutio solum sustulerit contrarias dispositiones de dictis bonis factas per ultimam voluntatem vel per donationem, ut notatur in folio causae *Trivicanae* supra citatae.

CHAPITRE XXIX

LES PONTIFICAUX DES PRÉLATS INFÉRIEURS

1. Prélats inférieurs. — 2. Indults. — 3. Règle générale. — 4. Décrets. — 5. Lettre de Benoît XIV. — 6. Abbés bénédictins.

1. On nomme *prélats inférieurs* ceux qui, hiérarchiquement, se trouvent au-dessous des évêques.

Ils se divisent en deux classes, suivant qu'ils sont séculiers ou réguliers. La catégorie des prélats séculiers comprend les abbés commendataires et la première dignité de certains chapitres ou collégiales sécularisées; dans la seconde se rangent les abbés *nullius*, les abbés généraux et les abbés de régime.

2. Tous ces prélats jouissent du privilège des pontificaux, en vertu d'un indult, soit général, soit particulier.

3. Les indults peuvent varier, selon les personnes et les lieux; mais, les pontificaux n'en sont pas moins soumis à des règles communes, énumérées dans le décret d'Alexandre VII et plusieurs décrets spéciaux de la S. C. des Rites.

4. Tous ces décrets se résument ainsi :

Le prélat n'a pas droit, à la messe solennelle, au septième chandelier.

Son siège n'est pas fixe et il ne peut le dresser que pour les jours où il officie pontificalement. Il est recouvert de soie unie, de la couleur du jour, sans addition d'or ou de broderie. On y monte par deux degrés seulement. Le dais qui le surmonte est aussi en soie et sans or, d'une étoffe moins précieuse que le dais qui couvre l'autel. Parfois, le dais n'est pas concédé.

Si le prélat est absent ou n'officie pas, on ne peut ériger le trône. L'Ordinaire ne doit pas souffrir, à côté du sien, un trône plus bas, avec dossier garni de drap vert. La présence du chapitre de la cathédrale n'empêche pas l'érection du trône.

La crédence est de petite dimension et ne comporte que les objets destinés au saint sacrifice; près d'elle la crosse s'appuie à la muraille.

Les jours permis pour les pontificaux sont les jours de fêtes de précepte ou autres particuliers, comme le patron du lieu, le fondateur de l'ordre, le titulaire et la dédicace. Il faudrait un indult spécial pour d'autres jours : il s'accorde pour les églises sujettes et même pour des églises non sujettes, mais à la demande expresse de l'évêque.

Les pontificaux sont interdits aux messes et offices des morts.

Les pontificaux sont encore parfois accordés pour la visite pastorale des églises sujettes et, dans ce cas, pour l'absoute, ainsi que pour les processions publiques et la collation de la cléricature et des ordres mineurs.

L'arrivée à l'église et le départ, après la fonction, n'admettent pas de cortège, comme il est fait pour l'évêque.

L'assistance du prélat comprend, outre le diacre et le sous-diacre, deux diacres en dalmatique et un prêtre assistant en pluvial, deux chapelains pour la crosse et la mitre, deux acolytes pour les chandeliers et six chanoines ou moines parés, deux en pluvial, deux en chasuble, deux en dalmatique et tunique ; ces derniers prennent place sur des banquettes sans dossier et recouvertes de laine verte.

L'assistance est refusée pour la procession et la bénédiction du Saint-Sacrement.

Aux processions, hors de son église, le prélat ne peut faire porter devant lui la crosse et la mitre. Cependant, à la procession de la Fête-Dieu, un clerc tient sa mitre avec l'écharpe. Aux autres processions, il peut se faire escorter de deux chanoines ou moines.

La mitre est toujours la mitre simple en toile, avec calotte noire pour mettre dessous : un indult serait nécessaire pour prendre la mitre précieuse.

La crosse se distingue par un ruban blanc, attaché à la volute.

Le prélat régulier doit s'abstenir du rochet.

Le privilège des pontificaux est limité aux seules églises des prélats ou aux églises sujettes, sans qu'il soit loisible d'outrepasser cette limite et de pontifier ailleurs, même dans une église exempte ou sur l'invitation de l'Ordinaire. Toutefois, un abbé régulier peut permettre à un autre abbé du même ordre, mais étranger au monastère, d'officier dans son église.

Les ornements ne se prennent à l'autel que pour la messe pontificale.

La publication des indulgences suppose toujours un indult spécial.

La triple bénédiction, à la messe, aux vêpres et aux laudes, n'est autorisée que dans ces trois cas ; mais la bénédiction ordinaire dans l'église, même aux sujets, est formellement interdite, cette faveur exigeant un indult à part. En présence de l'évêque, toute bénédiction cesse.

Si l'évêque vient célébrer pontificalement, le prélat lui présente l'aspersoir. Il a son trône du côté de l'évangile et ses chanoines près de lui ; le trône de l'abbé lui fait face du côté de l'épitre, où se placent les moines. Si l'évêque assiste seulement, il dit la confession avec le célébrant, bénit l'encens, baise l'évangile, bénit solennellement, et est encensé de trois coups, tandis que les chanoines et le prélat en ont deux et tous les autres un seulement. Après la fonction, on enlève le trône épiscopal pour le remplacer par celui du prélat qui officie aux secondes vêpres.

Les évêques feront bien de ne pas trop fréquenter les églises exemptes, afin de laisser aux prélats la liberté de leurs privilèges que leur présence amoindrit.

Il leur est défendu d'accorder les pontificaux de leur propre autorité dans des églises étrangères ou d'augmenter les concessions faites par le Saint-Siège.

L'exercice des pontificaux est limité à trois jours par an et aux seules fonctions de matines, messe et vêpres ; en dehors de ces jours, il est strictement défendu d'en user, où que ce soit.

Les complies ne sont pas comptées parmi les fonctions pontificales.

Le prélat séculier jouit, dans le lieu de sa juridiction, du costume violet, y compris la *cappa* et la mozette, qu'il porte sur le rochet.

Il ne peut prendre le titre de *Révérendissime*.

Le prélat bénit, pour l'usage de son église seulement ou des églises sujettes, les linges et ornements sacrés. La bénédiction des cloches et la consécration des calices et des autels portatifs est soumise à la même réserve : la permission de l'Ordinaire ne suffirait pas à légitimer cet acte dans des églises étrangères.

Au sermon, le prélat n'a pas droit à un siège à dossier et ne peut bénir le prédicateur.

A la messe basse, il ne doit pas imiter l'évêque : il s'habille donc à la sacristie, ne prend pas la croix pectorale, n'a que deux cierges et un seul servant et ne peut employer l'aiguière.

Il lui est interdit de prescrire des quêtes et d'avoir plus d'un coussin, sous les genoux seulement, fût-il en rochet et mozette.

Dans son église, même exempte, il dit, au canon et dans la bénédiction du cierge pascal, le nom de l'Ordinaire, à l'exclusion de celui de son supérieur.

Vêtu pontificalement, il a le pas sur les chanoines et, à la cathédrale, une place honorable lui est assignée dans le presbytère, après l'évêque.

Absent ou décédé, la fonction est faite par l'hebdomadier et non par le plus ancien chanoine.

Le prélat ne peut être consacré, car il n'est pas évêque, ni béni, ce rite étant réservé aux seuls réguliers.

Les abbés peuvent quelquefois, en vertu d'un indult, officier pontificalement plus de trois fois l'année, soit dans leurs églises, soit dans un diocèse, pourvu qu'ils soient invités par l'Ordinaire même du lieu ; porter les insignes pontificaux au cours de visite abbatiale, pour l'absoute seulement et la visite de la sainte Eucharistie ; dans les processions pour une cause publique, faites en dehors du monastère ; en conférant la tonsure et les quatre ordres mineurs aux clercs qui lui sont soumis ; en consacrant les autels, patènes et calices et faisant les autres bénédictions pour lesquelles on emploie le saint chrême. Ils peuvent enfin, mais pour leurs églises seulement, bénir les ornements, linges, croix, images, vases sacrés, cloches, consacrer les calices, patènes, autels portatifs, pourvu que, lorsque le Pontifical ordonne l'emploi du saint chrême et de l'huile, ils se servent d'huiles bénites par un évêque catholique.

Les évêques et les nonces ou les archevêques, comme délégués du Saint-Siège, veillent à l'observation de ces décrets et peuvent obliger à leur exécution immédiate et stricte, même par l'emploi des censures.

Les évêques ont encore le pouvoir d'interdire absolument les

pontificaux, tant qu'il ne leur conste pas du privilège : l'indult apostolique doit donc leur être présenté.

Si le privilège est purement personnel, les successeurs dans la charge ne peuvent prétendre à en user, sans indult spécial.

3. Je vais rapporter *in extenso* et dans l'ordre chronologique les décrets relatifs à la matière, insistant sur leur côté pratique dont on s'émancipe trop facilement en France.

SANCTAE LUCIAE IN SICILIA, NULLIUS DIOECESIS. — Pro parte R. D. Simeonis Rao ex Grimaldis Messanensis, utriusque signaturae referendarii et in regno Siciliae regii majoris cappellani, rectoris S. Luciae in plano Melatii abbatis nuncupati, SSño D. N. expositum fuit dictam ecclesiam esse insignem, et habere sub se quasi dioecesim sex oppidorum sive terrarum cum plena jurisdictione in spiritualibus et esse exemptam ac Nullius dioecesis, ejusque rectores abbates nuncupatos in generalibus parlamentis habere primam vocem et primum locum, atque praelationem post episcopos, supra quoscumque abbates, priores et dignitates dicti regni. Quibus stantibus, humiliter a S. Sua petiit pro se et successoribus suis in perpetuum usum mitrae et baculi cum caeteris pontificalibus indumentis, quibus abbates benedicti uti solent, et cum facultate dandi solemnem benedictionem populo post missarum celebrationem, ac licentiam deferendi habitum violaceum cum rochetto et mozzetta, ac etiam dum assistit divinis, cappam violaceam more episcoporum, tam in dicta sua ecclesia S. Luciae quam per totam ejus supradictam quasi dioecesim. Quae omnia cum per eumdem SSmum D. N. Sacrae Rituum Congregationi examinanda remissa fuerint, eadem Sacra Rituum Congregatio, attentis qualitatibus tam dictae ecclesiae quam etiam personae quae nunc illam obtinet, censuit concedendum eidem R. D. Simeoni Rao, moderno rectori abbati nuncupato, pro sua persona tantum, usum mitrae et baculi ac caeterorum pontificalium, prout abbates benedicti habere solent, cum facultate benedicendi populum post missarum solemnia et deferendi per totam suam praedictam quasi dioecesim habitum violaceum, cum rochetto et mozzetta, ac etiam dum divinis assistit, cappam pontificalem more episcoporum. Et SSñus D. N., audita Congregationis sententia, annuit. Die 15 Novembris 1603.

CONSTANTIEN. — Viso supplici libello pro Gerardo, abbate Augiae majoris prope Brigantum, ordinis S. Benedicti, Constantien. dioecesis, SSño D. N. porrecto et ad C. S. R. remisso, cum abbas praedictus ejusque antecessores, ut asseritur, usum baculi et annuli pontificalis

semper habuerint, ex quo etiam mitrae usum quae cum baculo concedi solet, eos habuisse intelligitur,... eadem S. R. C. censuit eidem abbati et successoribus suis in perpetuum usum mitrae, annuli et baculi pastoralis aliorumque pontificalium insignium concedi posse, cum facultate populo in missa solemniter benedicendi, si ita SSmo D. N. placuerit. Et ita declaravit, die 20 Martii 1604.

FIRMANA. — Cum in civitate Firmana prior monasterii S. Catharinae, ordinis canonicorum regularium Lateranen., ex antiqua consuetudine et privilegio romanorum pontificum, usum habeat mitrae et baculi, et aliorum indumentorum pontificalium, quibus uti solet in quibusdam solemnitatibus et praecipue in festo S. Catharinae virginis et martyris : et nonnulli priores praeteriti dicti monasterii modum in celebrando et utendo dictis indumentis pontificalibus excesserint, volentes se in omnibus et per omnia aequiparari archiepiscopo ejusdem civitatis Firmanae, quando solemniter celebrat, et pro parte ejusdem archiepiscopi ad S. R. C. recursum fuerit, ut modum et formam dicto priori praescribat, quibus exercendo pontificalia et solemniter celebrando uti debeat.

Eadem S. R. C. ordinavit magistris caeremoniarum SS. D. N. papae, ut modum et formam in scriptis redigerent, a quibus dictus prior monasterii S. Catharinae, quando solemniter celebrat, recedere non debeat. Dicti vero magistri caeremoniarum mandatis ejusdem S. R. C. parendo, formam infrascriptam in scriptis redegerunt :

Ut prior praedictus, quando solemniter celebrabit, contentus sit sua sede, quae, ut asseritur, locata est et esse debet in cornu evangelii in plano presbyterii, cum duobus tantum gradibus parvis et sine ullo suppedaneo, sugesto lapideo vel ligneo, ac sine baldachino desuper, sed cum postergali tantum ex aliquo panno, vel serico levi, sine auro, coloris convenientis solemnitati quae celebratur.

Item, ut dictus prior non habeat duos diaconos assistentes quando celebrat, ut supra, sed contentus sit et esse debeat subdiacono et diacono, qui in missa cantaturi erunt epistolam et evangelium, et uno cappellano cum pluviali, qui assistat ad librum, nec alios ministros habeat praeter praedictos, nisi aliquos clericos et ministros cum cotta, qui sibi de mitra et baculo et aliis necessariis ministrent, ac etiam altari inserviant.

Item, ut in altari sex tantum, et non septem candelabra, cum totidem candelis et sua cruce locentur, nec abacus alius praeterquam parva mensa in cornu epistolae, super quam duo possint locari candelabra, mitra qua prior utitur, calix, missalis, thuribulum cum navicula, et alia necessaria pro actu celebrationis.

Quae quidem omnia eadem S. R. C. approbavit, et a praedicto priore moderno S. Catharinae et aliis prioribus ejusdem monasterii pro tempore futuris in perpetuum servari mandavit. Die 28 Januarii 1606.

NULLIUS, SANCTAE LUCIAE IN PLANO MELATII. — Cum R. D. Antonius Franciscus Neapolitanus, cappellanus regius, juris utriusque doctor et S. D. V. referendarius, ad praesentationem catholicae majestatis provisus fuerit a Sanctitate Sua de insigni capellania majori perpetua, sive rectoria S. Luciae in plano Melatii, regni Siciliae abbatia nuncupata, quae, exempta ab Ordinario et immediate subjecta Sedi Apostolicae, habet sub se quasi dioecesim sex oppidorum sive terrarum, in quibus exercet jurisdictionem spiritualem ejusque rector, abbas nuncupatus, in generalibus parlamentis dicti regni habet primam vocem et primum locum, atque praelationem post episcopos supra quoscumque abbates, priores et dignitates dicti regni, quae rectoria seu abbatia vacabat per obitum quondam R. D. Simonis Rao ex Grimaldis Messanensis, cui ex concessione apostolica fe. rec. Clementis papae VIII cum voto Congregationis Sacrorum Rituum, attentis qualitatibus tam dictae ecclesiae quam etiam personae dicti quondam R. D. Simonis Rao, qui illam obtinebat, pro sua persona tantum usum mitrae et baculi, ac caeterorum pontificalium indumentorum, prout abbates benedicti habere solent, cum facultate benedicendi populum post missarum solemnia, et deferendi per totam suam praedictam quasi dioecesim habitum violaceum cum rocchetto et mozzetta, ac etiam dum divinis assisteret, cappam pontificalem more episcoporum concessit et indulsit per suas litteras apostolicas in forma brevis sub annulo piscatoris expeditas apud sanctum Petrum, die 4 Decembris 1603, sui pontificatus anno XII. Quibus stantibus, praedictus R. D. Antonius Franciscus, modernus rector dictae ecclesiae S. Luciae, abbas nuncupatus, cum omnes qualitates habeat circa personam suam quas habebat praedictus Simon Rao, suus in dicta ecclesia abbatia nuncupata praedecessor, eidem Sanctissimo D. N. supplicavit, ut sibi easdem gratias, facultates et indulta concedere dignaretur quae a praedicto fe. re c. Clemente papa VIII praedicto suo praedecessori concessa fuerunt. Et cum Sanctissimus D. N. negotium hoc in Sacra Rituum Congregatione examinari jusserit, eadem Sacra Rituum Congregatio, habita in palatio nostrae solitae residentiae sub die 18 Februarii 1617, attentis narratis et stantibus qualitatibus personae oratoris similibus qualitatibus personae sui praedicti praedecessoris in dicta rectoria S. Luciae abbatia nuncupata, censuit, si Sanctissimo D. N. placuerit, posse concedi eidem R. D. Antonio Francisco Neapolitano, J. U. D. et referendario, moderno rectori dictae Ecclesiae

sanctae Luciae abbatiae nuncupatae pro persona sua tantum, omnes indultus, gratias, concessiones tam circa habitum quam circa praerogativas, praeeminentiam et praelationem quae a dicto fe. re c. Clemente papa VIII suo praedicto praedecessori Simoni Rao concessa fuerunt. Et Sanctissimus D. N. Paulus papa V, audita sententia Congregationis, annuit, et eidem R. D. Antonio Francisco pro persona sua tantum concessit usum mitrae et baculi et aliorum indumentorum pontificalium et non pontificalium, cum omnibus praelationibus, antelationibus et praerogativis, quae dicto Simoni Rao a fe. re c. Clemente papa VIII concessa fuerunt, et ita in consistorio secreto declaravit. Die 20 Februarii 1617.

PAMPILONEN. — Cum de anno 1596 fe. re c. Clemens VIII concessit et abbatibus Congregationis Vallisolitanae benedictis vel quibus a Sede Apostolica concessum esset privilegium ut possent suis subditis regularibus tantum tonsuram minoresque ordines conferre aliaque pontificalia in monasteriis et ecclesiis sui ordinis et intra ejus limites existentibus conferre et exercere ; hujus privilegii vigore abbas monasterii B. M. de Irace, ordinis S. Benedicti, Pampilonen. dioecesis, triennalis non benedictus nec habens privilegium aliquod a Sede Apostolica, sed tantum sub praetextu quod dictum monasterium de Irace fuerit alias unitum dictae congregationi Vallisoletanae, coepit praetendere et usurpare sibi jurisdictionem celebrandi missam pontificalem, non solum in monasteriis et ecclesiis sui ordinis, ad quae est restrictum dictum privilegium, verum etiam in parochiali ecclesia S. Joannis Baptistae civitatis Stellae, ejusdem Pampilonen. dioecesis, quae non est sui ordinis, aut annexa vel incorporata dictae congregationi, sed prorsus distincta et separata ab illa. Ideo cum animadvertisset dictum privilegium non se extendi ad dictam parochialem, quam ad istum effectum pleno jure ad ipsum abbatem spectare opus esset, extorsit licentiam ab episcopo Pampilonen., qui, cum sit ejusdem ordinis et congregationis, dicto abbati concessit et auctoritate propria gratiam a Sede Apostolica limitatam ampliavit, ut scilicet dictus abbas possit celebrare dictam missam et alia pontificalia exercere in dicta parochiali ecclesia de Stella, sub censuris et poenis pecuniariis contra illum impedientes. Cum vero vicarius, beneficiati et parochiani dictae ecclesiae civitatis Stellae instarent declarari dictum episcopum non potuisse talem licentiam concedere et dicta privilegia ampliare ; ideo ad eorum instantiam proposito hujusmodi negotio in S. R. C., eadem S. R. C. respondit : Non licere nec licuisse episcopo Pampilonen. dare seu ampliare propria auctoritate gratiam non concessam seu limitatam a Sede Apostolica et a summo pontifice ; sed esse ser-

vandam stricte, prout sonat, dictumque abbatem monasterii S. Mariae de Irace non posse neque debere celebrare missam et alia pontificalia exercere in dicta parochiali ecclesia de Stella, nec vigore ass. privilegii, cum illud sit restrictum ad abbates benedictos tantum et ad proprias ecclesias sui ordinis, neque vigore praetensae licentiae cum episcopus illam dare, ampliare seu concedere non possit, maxime vicario, beneficiatis et parochianis illius contradicentibus. Et ita censuit et declaravit, et a dicto abbate in civitate et dioecesi Pampilonen. servari mandavit, quibuscumque non obstantibus. Die 8 Maii 1617.

VILNEN. — Cum Martinus Marcellus, in Lithuania dux, in civitate Vitenischi Murat., sub dioecesi Vilnen. in suis bonis et suis sumptibus fundaverit, erexerit et dotaverit monasterium fratrum ordinis beatorum martyrum de Poenitentia vocatorum, qui militant sub regula canonicorum regularium S. Augustini et tam ipse dux quam etiam episcopus Vilnen. et cancellarius magni ducatus Lithuaniae per suas litteras SS. D. N. directas Sanctitati Suae supplicaverint ut, ad majorem decorem et honorem dicti monasterii, dignaretur concedere praeposito dicti monasterii et suis successoribus in futurum usum mitrae et baculi, cum solitis indumentis pontificalibus et privilegiis qui abbatibus benedictis concedi solent, cum facultate benedicendi paramenta et ornamenta ecclesiae, imagines, cruces et alias similes res pro servitio et usu dicti monasterii, et conferendi ordines minores fratribus ejusdem monasterii : et SS. D. N. negotium hoc ad S. R. C. remiserit, eadem S. R. C., audita relatione Ill. et Rev. D. card. Bellarmini, cui hoc negotium commiserat, stante fundatione dicti monasterii ut supra et instantiis factis maxime ab episcopo Vilnen., sub cujus dioecesi extat monasterium, censuit : Si SS. D. N. placuerit, posse concedi praeposito dicti monasterii usum mitrae et baculi et caeterorum indumentorum pontificalium, cum facultate benedicendi paramenta, ornamenta, cruces, imagines et alia similia pro usu monasterii et ecclesiae, in quibus non adhibeatur sacra unctio. Et facta de praemissis omnibus relatione eidem Sanctissimo D. N. in consistorio secreto per eumdem Illustrissimum et Reverendissimum D. cardinalem Bellarminum hac die infrascripta, Sanctitas Sua annuit, sententiam Congregationis approbavit, et concessit praeposito et successoribus suis dicti monasterii a dicto duce de civitate Vitenischi Murat. in Lithuania, in suis bonis et suis sumptibus fundati et dotati, usum mitrae et baculi, et caeterorum indumentorum pontificalium, cum facultatibus solitis concedi abbatibus benedictis, et cum licentia et facultate benedicendi paramenta et ornamenta ecclesiastica, cruces, imagines et similia, in quibus non adhibeatur unctio sacra. Die 5 Julii 1617.

BRIXIEN. — Abbas Castilionis, qui habuit indultum a Sede Apostolica utendi pontificalibus ornamentis in locis temporali dominio marchionis Castilionis subjecti, supplicavit declarari : Utrum iis uti liceat etiam extra limites illius, de licentia tamen dioecesanorum ? Et S. R. Cong., decretis antiquis inhaerendo, respondit : Non licere absque indulto Sedis Apostolicae, nec sine nec cum licentia dioecesanorum. Die 28 Junii 1642.

PANORMITANA. — Archiepiscopus Panormitanus exposuit, pluries admonuisse abbatem S. Luciae de Plano, ut a delatione habitus mantelletti et mozzettae abstineret, verum numquam praedictum paruisse ; et S. Rituum Congregationi supplicavit, ut ipsi facultatem tribueret cogendi abbatem praedictum ad abstinendum a praedictorum indumentorum delatione, etiam auctoritate Congregationis. Sacra autem Congregatio id quidem per archiepiscopum impleri posse concessit, qui, nisi doceat abbas de particulari et speciali indulto Sedis Apostolicae, contra illum, etiam censuris auctoritate Congregationis procedat. Die 27 Novembris 1655.

GUASTALLAE. — Abbate Guastallae petente, ut Sac. R. Congr. declarare dignaretur, a canonicis ei assistentiam deberi, non solum quando ipse solemniter cum processione, sed etiam quandocumque absque solemnitate et processione, repositurus augustissimum Sacramentum, populo benedicit ; S. R. C. respondit : Standum esse decretis. Die 15 Februarii 1659.

DECRETUM. — *Circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum, a Sacra Rituum Congregatione habita coram SSmo D. N. Alexandro PP. VII emanatum.* Die 27 Septembris 1659.

S. R. C. tollendis et eliminandis circa ecclesiasticos ritus, qui irrepserunt, abusibus sedulo intenta, post *episcoporum Caeremoniale* evulgatum (quo quidquid ad ipsos in sacris caeremoniis pertinet, abunde praescripsit), idem quoad inferiores praelatos, qui pontificalium usu fruuntur, praestandum curare necessarium existimavit, ut excessus aboleantur uniformisque inducatur sacrorum ritus in omnibus, et praesertim tempore quo privilegia ipsi perperam interpretantes, obtendentesque parum obsequi student decretis pluries ab eadem S. R. C. hac in remet evulgatis, aut ipsa ignorare praetexunt. Quamobrem omnia simul, ut uno conspiciantur obtutu, cogere perque capita dirigere constituit, quo facilius observentur.

1. Super altari, in quo sacrum erunt facturi, septimum nequaquam apponant candelabrum.

2. Cathedram seu sedem fixam et permanentem in eorum ecclesiis

ne detineant, sed tribus ipsis diebus quibus ex antiquis decretis tantummodo pontificalia celebrare est ipsis permissum, mobili sede seu cathedra utantur, quam nihilominus simplici sericeo panno coloris festivitati congruentis obducere poterunt, non auro contexto aut phrygio aut basylico opere exornato.

3. Baldachinum adhibere supra sedem poterunt, non pretiosum aut aureum, sed simplex et eo quod altari superimponitur materia et opere inferius ; ad ipsam autem per duos tantum gradus in presbyterii superficie stratos ascendatur.

4. Non abacum alium praeter parvam mensam et in cornu epistolae parare faciant, in qua duo candelabra cum candelis, necnon mitra, calix, missale, thuribulum, navicula et reliqua ad celebrationem necessaria collocentur ; prope vero mensam eamdem parieti haerens baculus pastoralis aptetur.

5. Dies vero, in quibus solemniter ipsis operari conceditur, sint de praecepto festivi, vel alii in quibus ipsis pontificaliter celebrare festivitatis ratio exigat, nempe patroni loci, fundatoris ordinis, tituli et dedicationis ecclesiae. Abstineant autem ab hujusmodi pontificalium usu in officiis et missis defunctorum, quocumque die etiam festivo et de praecepto.

6. Ad ecclesiam accedentes, licet pontificaliter divina peracturi, iisdemque absolutis ab altari recessuri, a suis canonicis vel monachis (ut mos est episcoporum) ne associari se sinant.

7. Praeter duos sacrificii ministros, diaconum nempe evangelii et subdiaconum epistolae, duo alii tantum diaconi cum dalmaticis, et unicus presbyter cum pluviali his assistant. Duo insuper cappellani, qui de mitra et baculo, ac totidem acolythi pro candelabris inserviant. Praeterea sex alii canonici vel monachi, duo scilicet pluvialibus, duo planetis totidemque tunicellis induti, divinis hujusmodi interesse valeant, qui tamen non in sedibus seu stallis choralibus, sed in scamnis absque postergalibus panno viridi laneo coopertis, situ congruo accommodatis, moxque illico removendis consideant.

8. Missam pretiosam, nisi illis expresse a S. Sede indultam, non adhibeant. Sub mitra pileolum nigri tantum coloris induant. Baculum pastoralem albo velo appenso deferant ; ab iisque et aliis pontificalibus, etiam de Ordinariorum licentia, extra ecclesias sibi subjectas prorsus abstineant et neque in processionibus quae ab eorum ecclesiis per vias extra ambitum vel parochiam ducuntur, insigniis praedictis utantur vel penes se perferri faciant.

9. Regulares rochettum non deferant, nisi ex tali ordine fuerint, cui indumentum hujusmodi competat.

10. Invitati ad ecclesiam exemptam, nec in illa pontificalibus uti

valeant ; nec ii, qui non fuerint abbates perpetui vel benedicti, in propriis ecclesiis uti possint privilegio perpetuis abbatibus vel alias benedictis indulto.

11. Sacras vestes ex altari non sumant, nisi pontificaliter divinis vacaturi.

12. Indulgentias impertiri vel publicare non audeant, absque expresso S. Sedis indulto.

13. Pontificales benedictiones cum trina crucis productione in missis tantum pontificalibus, necnon vesperis et matutinis pontificaliter itidem celebratis, licere sibi tantum meminerint. Privatim vero populis, quamvis pleno jure subjectis, nisi expresse ipsis permissum fuerit, etiam pontificalibus induti per ecclesiam incedentes, benedicere non praesumant.

14. Praesente episcopo, sine speciali Sedis Apostolicae permissu, etiam pontificaliter celebrantes, a benedictionibus cessent.

15. Si episcopus aderit, ipsius sedes in cornu evangelii uno solum gradu eminentior abbatiali est erigenda, haecque altero gradu humilior, ut dictum est, in cornu epistolae collocetur. A latere episcopi canonici cathedralis, prope abbatem canonici vel monachi abbatialis ecclesiae considеant. Confessionem cum celebrante episcopus faciat, isque thus thuribulo imponat. Evangeliorum textum osculetur, et populo solemniter (quamvis abbas ipse pontificaliter celebret) benedicat ; episcopus propterea trino ductu, et immediate canonici cathedralis duplici, moxque abbas (nisi celebret) pariter duplici, ac subinde canonici vel monachi abbatialis ecclesiae unico tantum ductu thurificentur.

16. Abstineant tamen episcopi, ubi consuetudo contraria non viget, a frequenti hujusmodi accessu ad ecclesias exemptas in similibus actibus, ut liberius abbates valeant suis uti privilegiis.

17. In ordinationibus canonicorum, clericorum, monachorum, nec non in vestitionibus monialium et emissione professionis earumdem, etiam pleno jure sibi subjectarum, in benedictione sacrae supellectilis, caeterisque actibus (missarum, vesperarum, matutinarum solemniis, tres tantum in anno, ut praefertur, exceptis) neque in ecclesiis, oratoriis, aliisque locis tam publicis quam privatis quantumvis exemptis, eisdemque abbatibus pleno jure subjectis, mitram, baculum et quaevis alia pontificalia insignia, nisi de expressa Sedis Apostolicae concessione, adhibeant.

18. Ecclesiasticam supellectilem pro servitio dumtaxat suarum ecclesiarum vel monasteriorum benedicant.

19. Reliqua pontificalia extra loca ipsis abbatibus subjecta, vel pro servitio alienae ecclesiae, aut in subditos pariter alienos, etiam de li-

centia Ordinariorum, exercere non valeant, puta campanarum benedictionem, calicum et similium, in quibus sacra adhibetur unctio, nec non Minorum Ordinum collationes.

20. Concionatoribus, qui eorum subditis verbum Dei praedicandi onus acceperint, benedictionem elargiri non praesumant, sed episcopis, quibus jus hujusmodi privative competit, omnino dimittant.

21. In missis privatis, quoad indumenta, caeremonias, ministros, altaris ornatum et benedictionis largitionem, a simplici sacerdote non discrepent, ac proinde sacras vestes induant in sacristia, neque utantur cruce pectorali, unico sint contenti ministro, aquam cum pelvi et urceolo argenteis sibi ministrari non sinant, duasque tantum candelas super altare adhibeant.

His autem SSmo relatis et in C. S. R. ordinaria habita coram *Sanctitate Sua* per Eñum et Rñum D. card. Brancaccium accurate perfectis, mature discussis, *Sanctitas Sua* ea approbavit, et pro omnimoda eorumdem observatione typis mandavit imprimi, ad valvas affigi et publicari, ut, elapso termino sex mensium a die publicationis eorumdem, omnes et singulos usu pontificalium gaudentes, cum saeculares, tum regulares, quantumvis exemptos et speciali expressione indigentes, afficiant et arctent, ac si omnibus et singulis eadem adhibita vel personaliter praesentata, intimata seu notificata fuissent, indulsitque praeterea locorum Ordinariis, ut auctoritate Sedis Apostolicae possint, imo debeant, praefatos etiam per censuras compellere.

Cumque nonnulli ex praedictis abbatibus et praelatis proprium habere possint territorium juraque episcopalia, nullique subdantur episcopo, qui eos coercere, si excesserint, valeat : eo casu a Sedis Apostolicae nuntiis, si aderunt ; sin minus ab archiepiscopis, in quorum provinciis, vel ab episcopis romano etiam pontifici subjectis intra vel prope quorum dioecesium limites eorum ecclesiae vel monasteria sita fuerint : tanquam a S. Sede delegatis ad hujusmodi decretorum observationem praedicti omnino cogantur. Die 27 Septembris 1659.

AMALPHITANA. — An decretum novissime emanatum super usu pontificalium comprehendat nedum regulares, sed etiam saeculares praelatos episcopo inferiores ? Et S. R. C. respondit. Affirmative. Die 20 Novembr. 1660.

NEAPOLITANA. — Cum alias per summos pontifices et praecipue litteris fel. re. Gregorii XV indultum fuerit, ut corrector seu visitator primarii hospitalis incurabilium civitatis Neapolitanae, in dicto hospitali nec non ei subjectis ecclesiis et capellis, ac in processionibus, aliisque actibus et caeremoniis publicis et privatis, mitra et baculo pas-

toralibus, nec non chirothecis, anulo, sandaliis, mantello sive mozzetta, pileo, rocchetto, habitu, coloribus caeterisque insigniis pontificalibus uti, illaque induere, deferre et gestare, ac etiam missas et alia divina officia pontificaliter more episcoporum celebrare possit : propterea Carolus de Angelis, modernus corrector seu visitator ejusdem hospitalis, declarari postulavit ipsum non comprehendi in decreto novissime emanato super usu pontificalium, etc. Et Sacra Rituum Congregatio censuit oratorem praedictum uti posse expressis in indultis ad formam decretorum et declarationum S. Congregationis, sed sedem fixam cum baldachino ipsi non competere. Die 2 Julii 1661.

NEAPOLITANA. — Joannes Petrus Previtalis, abbas saecularis nuncupatus Patientiae Caesareae civitatis Neapolis, SSmo supplicavit ut sibi facultatem largiri dignaretur, quod posset benedici et ungi, cum ipse sit in sacro presbyteratus ordine constitutus, et ex indulto S. M....... ei competat usus pontificalium, quamvis eadem abbatia non sit presbyteralis, sed, prout patet ex iisdem litteris erectionis, sit saecularis sine cura pro uno clerico saeculari : et Sanctitas Sua supplicem libellum remisit ad S. R. C., quae nihil concedendum censuit, si quidem hujusmodi benedictiones quoad abbates saeculares in Italia penitus recesserunt. Die 4 Martii 1662.

SQUILLACEN. — Conquestus est abbas S. Joannis Terestri, Ordinis S. Blasii, de molestiis sibi ab episcopo Squillacen. illatis, ex quo ipse, ut hactenus consueverat, in processione die festo ejusdem sancti peragi solita, mitram et baculum a duobus clericis deferri mandaverit. Et S. R. C. respondit : Quod idem abbas ab hujusmodi in futurum abstineat et servet decreta S. C. super usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum edita. Die 20 Novembris 1662.

CALAGURITANA. — Cum alias S. R. C. multa decreverit super usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum, prout in ejus *decreto generali sub die 27 Septembris* 1659, edito in Congregatione ordinaria habita coram SSmo ab eoque approbata, et pro omnimoda eorumdem observatione de ordine ejusdem typis impresso et mandato ; eadem S. R. C., ad instantiam episcopi Calaguritani, declaravit : Vigore supradicti decreti posse per Ordinarium eumdem prohiberi, prout in eo disponitur, usum dictorum pontificalium etiam abbatibus conventus S. Mariae Naxerae, S. Miliani Cucullae, Valvaturae, ordinis S. Benedicti, aliisque abbatibus et praelatis inferioribus dioecesis Calaguritanae, nisi doceant de legitimo et valido privilegio in contrarium, quod sit in viridi observantia, vel quod alias sibi legitime competat praedictorum usus. Die 22 Nov. 1664.

RAVENNATEN. — S. R. C. declaravit quod, accedente archiepiscopo ad ecclesiam S. Vitalis, una cum capitulo metropolitanae ad exercenda in die festo ejusdem S. Vitalis pontificalia, debet abbas dictae ecclesiae S. Vitalis praebere, tradere et porrigere aspersorium aquae benedictae immediate archiepiscopo, non autem archidiacono dictae metropolitanae, vel alteri de capitulo ejusdem, qui illud porrigat dicto archiepiscopo. Necnon super alio dubio, scilicet : An tota die festi S. Vitalis possit dictus archiepiscopus tenere erectum in dicta ecclesia baldachinum, quamvis secundis vesperis ipse non assistat, vel potius post meridiem dicti festi levari et aliud pro dicto abbate erigi debeat, prout ipse abbas usque adhuc servatum fuisse praetendit ?

Eadem S. C. respondit : Quod si ipse archiepiscopus non sit celebraturus, mandet deponi tempore opportuno. Quo vero ad usum mozzettae, melius informari et doceri de speciali privilegio. Hac die 21 Martii 1665.

CIVITATIS MASSAE. — Jus benedicendi palmas, exponendi SS. Sacramentum in Coena Domini et faciendi alias functiones ecclesiasticas in ecclesia collegiata S. Petri Civitatis Massae, defuncto vel absente abbate, spectare ad canonicum hebdomadarium, non autem ad canonicum antiquiorem et decanum capituli, S. R. C. declaravit, et ita servari mandavit. Hac die 21 Martii 1665.

CASTRENSIS. — S. R. C. declaravit : Non licere Carolo Gavarrino, ass. abbati mitrato ass. abbadiae S. Juliani, habere in ecclesia majori et parochiali terrae Poggiardi in cornu epistolae prope sedem episcopalem stallum, caeteris eminentius, cum panno viridi a parte humerali, et proinde decretum episcopi super praedictorum prohibitione in visitatione factum servandum et exequendum esse, non obstante citatione cum inhibitione vigore appellationis, vel quacumque alia inhibitione seu monitorio ab A. C. obtentis. Die 2 Aprilis 1667.

RAVENNATEN. — An, absente archiepiscopo civitatis Ravennatensis ex qualibet causa, et accedente capitulo cathedralis ejusdem civitatis ad ecclesiam S. Vitalis in die illius festi, liceat abbati Cassinensi in eadem sua ecclesia S. Vitalis erigere et retinere baldachinum, etiam praesente dicto capitulo, et, seorsim ab eo, canere primas vesperas et missam solemnem cum pontificalibus ?

Et S. R. C., parte utraque informante, declaravit : Licere, non interveniente tamen dicto archiepiscopo. Hac die 16 Februar. 1669.

MUTINEN. — An liceat abbatibus Lateranensibus consecrare lapides et benedicere campanas et sacras supellectiles ? S. R. C.,

referente Emo Gualterio, *servari* jussit *omnia disposita in decreto edito sua die* 20 *Julii* 1660, *tenoris sequentis ad* § 19, *quo vetita est abbatibus benedictio sacrae supellectilis pro usu alienarum ecclesiarum*. Asserentibus monachis etiam pro aliena ecclesia ex apostolico indulto eis licitum esse ecclesiasticam supellectilem benedicere, S. C. mandavit exhiberi indultum authenticum ex archivio apostolico desumptum, et interim abstineri. Hac die 23 Martii 1669.

GERUNDEN. — S. R. C. censuit : Servandum esse decretum s. m. Alexandri VII, super usu pontificalium a praelatis inferioribus, editum die 27 Sept. 1659, in controversiis ortis inter episcopum Gerundensem et abbatem Josephum Magarolam, ordinis S. Benedicti, tam in cantanda pontificaliter missa quam danda benedictione, et aliis faciendis, contra formam dicti decreti servandam in omnibus ab ipso quoque abbate. Hac die 13 Junii 1671.

TORTONEN. — S. R. C., audita relatione episcopi Tortonensis, quod, non obstante decreto hujus S. R. C. jussu s. m. Alexandri VII, die 27 Nov. 1659 emanati, super usu pontificalium a praelatis inferioribus etc ; abbas monasterii S. Joannis Baptistae, ordinis Cisterciensium loci Volghera, de facto retinuit, prout retinet cathedram fixam in sua ecclesia, benedicendo campanas et abutendo usu pontificalium in alienis ecclesiis. Et propterea, supplicante eodem episcopo pro praemissorum decisione, S. eadem C. rescripsit : Servetur decretum Alexandri VII. Hac die 12 Sept. 1671.

AQUILANA. — 1. An abbates ordinis monachorum Caelestinorum, qui fuerunt benedicti, possint, dum dicunt missam privatam, habere assistentes vel plures personas pro ipsorum servitio, apponere quatuor candelas accensas super altari et ab eodem sumere paramenta sacra, parare abacum seu mensam cum pelvi et urceolo argenteis, et adhibere quidquid permittitur episcopis, quando private celebrant ?

2. An praedicatores in ecclesiis dictorum monachorum, antequam ascendant ad concionandum, debeant accipere benedictionem ab abbate praesenti, tam si assistat celebrando pontificaliter diebus permissis quam alio tempore assistendo seu celebrando sine habitibus pontificalibus ?

Et S. R. C. utrique dubio respondit : Non licere. Hac die 2 Decembris 1673.

ANTUERPIEN. — Quidam abbas seu praelatus praetendit, in missis solemnibus confraternitatum, quibus invitatus, nec tamquam officians, nec aliter quam in ordinario suo habitu interest, sibi compe-

tere et deberi sedem brachiatam seu majorem, cum pulpito sive suggestu ante se, velo violaceo vel purpureo cooperto et posito in facie altaris cum pulvinaribus ejusdem coloris, idque in quibusdam sacellis sitis in ipsa cathedrali Ecclesia, in qua nulla est capella independens a choro et in qua actu residet episcopus, quamvis non in ejus corporali praesentia. An omnia et singula supramemorata competant alicui abbati aut praelato et qua ratione, in hujusmodi occasionibus ipsi permittendum sit sedere ? Et quid si etiam talis casus sese offerat extra Ecclesiam cathedralem ? Et S. R. C. respondit : Non licere. Et ita declaravit, die 23 Novembris 1686.

AQUILANA. — Supplicatum fuit a Joanne Baptista Xaverio Pandolphi, abbate collegiatae et parochialis ecclesiae civitatis Aquilanae, in S. R. C. declarari infrascriptum dubium vulgari sermone in supplici libello allatum, videlicet : Se celebrandosi solenemente da esso abbate oratore, li canonici debbano servire di diacono e subdiacono, ovvero li cappellani di detta collegiata ?

S. R. C. respond. : Abbati solemniter celebranti canonicos pariter officio diaconi et subdiaconi inservire debere. Die 30 Julii 1689.

CESENATEN. — 1. An abbates congregationis Cassinensis, canonicorum regularium Lateranensium, S. Augustini et Coelestinorum, teneantur interesse processionibus quae fiunt a cathedrali in die Corporis Christi, S. Marci, Rogationum, necnon aliis temporibus, dum pro re gravi ab episcopo ejusmodi processiones indicantur ; et si eisdem interesse recusent, an et quas poenas incurrant?

2. An iidem abbates paramenta sacra ad usum suarum ecclesiarum minime spectantia, non solum ecclesiarum exemptarum sed etiam jurisdictioni episcopi subjectarum, benedicere indiscriminatim possint ?

S. R. C. respondit : Ad 1. Adeundam esse C. Sac. Concilii. Ad 2. Abbates non posse uti privilegio benedicendi sacram supellectilem nisi pro usu suorum monasteriorum juxta alias resoluta et in contrafacientes episcopos posse animadvertere, juxta decretum generale circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum, de mandato s. m. Alexandri VII editum, et alterum decretum declarativum ejusdem ad instantiam Cassinensium. Hac die 30 Julii 1689.

GALLIARUM. — 1. An in ecclesiis a jurisdictione episcopi dioecesani exemptis in sacro canone dicenda sint haec verba, videlicet *et antistite nostro N.* et similiter in Memento ab abbatibus et praelatis regularibus ordinis S. Benedicti Galliarum ?

2. An in benedictione candelae paschalis, dicendum sit, loco antistitis, nomen superioris ecclesiae immunis hujusmodi, aut nomen episcopi dioecesani ?

3. An superiores ecclesiarum exemptarum hujusmodi, qui non sunt in episcopos consecrati, et qui facultatem habent utendi mitra et baculo pastoralibus, possint et debeant, cum officiis divinis publicis intersunt in diebus ordinariis, benedictionem dare diacono antequam evangelium dicat in missa alta ; an benedicere thus privatim, quando sacerdos celebrat, benedictionemque solemnem dare populo adstanti in fine missae ; et denique, an superiores ecclesiarum hujusmodi exemptarum pontificalibus vestimentis induti, licet minime sint consecrati, possint et debeant, cum missam privatim celebrant, crucem pectoralem portare et *Pacem vobiscum*, non autem *Dominus vobiscum*, dicere ante primam orationem missae hujusmodi et in fine missae, benedictionem dare adstanti populo, dicendo : *Sit nomen Domini benedictum etc.*, ut consuetum est apud episcopos ?

S. R. C. respondit : Ad 1 et 2. Nomen episcopi dioecesani exprimendum est, juxta doctrinam Gavanti, part. 1, tit. 8, num. 2, lit. X. et non aliorum.

Ad 3. Servanda sunt decreta circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessum decreto s. m. Alexandri VII, die 27 Septembris 1659 et die 12 Junii 1660 super declaratione praefati decreti. Et ita servari mandavit. Die 8 Aprilis 1690.

BONONIEN. — Proposita in S. R. C. supplici instantia promotoris fiscalis curiae archiepiscopalis civitatis Bononiae adversus abbatem S. Stephani, congregationis Coelestinorum, et alios nonnullarum ejusdem civitatis congregationum, decretis super usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum, editis, licet alias monitos parere recusantes.

S. eadem R. C. censuit respondendum : Servanda esse decreta approbata ab Alexandro VII et ab Em. archiepiscopo compellendos esse abbates ad eorum observantiam etiam sub censuris, juxta formam eorumdem decretorum. Die 5 Julii 1698.

FESULANA. — L'abbé peut-il permettre à un autre abbé du même Ordre, mais étranger au monastère, d'officier pontificalement dans son église ? S. R. C. resp. : Affirmative. 1701.

PARMEN. — Super excessibus a P. Paita, abbate monasterii S. Sepulcri civitatis Parmen., congregationis Lateranensis, in processione SSmi Sacramenti die 27 Julii 1704 peracta, commissis circa usum pontificalium inter episcopum et capitulum praedictae civitatis ex una et

abbatem dicti monasterii S. Sepulcri ex altera partibus, controversiis exortis eisque ad S. R. C. delatis, Emus et Rmus D. card. Gabrielli super eisdem infrascripta dubia proposuit :

1. An licuerit P. abbati monasterii S. Sepulcri die dominica 27 Julii celebrare completorium pontificaliter et sub baldachino occasione successivae processionis SSmi Sacramenti ?

2. An occasione dictae celebrationis P. abbas quoad assistentes et inservientes excesserit fines praescriptos in decretis S. Congregationis ?

3. An licuerit duobus abbatibus ejusdem religionis interesse in eadem functione super sedibus cum brachiis e conspectu baldachini, cum rochetto discooperto et superiori mozzetta nigra ?

4. An licuerit dicto P. abbati eodem die post completorium induto pontificaliter peragere processionem SSmi Sacramenti extra ecclesiam et per totam parochiam, cum assistentia seu interventu plurimorum sacerdotum paratorum ac cum sacerdote assistente ?

5. An occasione dictae processionis licuerit dicto P. abbati post se deferri facere per clericum mitram cum velo ?

6. An licuerit eidem P. abbati in duobus altaribus per viam erectis, et etiam in propria ecclesia, cum SSmo Sacramento trina crucis productione populo benedicere ?

7. An licuerit dictis duobus abbatibus interesse dictae processioni pariter cum rochetto discooperto et superiori mozzetta nigra ?

8. An occasione dictae processionis in dictis altaribus per viam erectis licuerit et liceat eisdem duobus abbatibus genuflectere super scamno cum tapete et pulvinaribus ibidem existen. in casu etc. ?

Et S. eadem R. C. censuit respondendum :

Ad 1, 6 et 8. Negative.

Ad 2 et 5. Affirmative.

Ad 3, 4 et 7. Dilata. Die 22 Augusti 1705.

PARMEN. — Praetendente Michaele Malia, moderno abbate et prima dignitate ecclesiae collegiatae terrae Laureti, Parmen. dioecesis, novum in ecclesia praedicta introducere caeremoniale et gaudere praeeminentiis ab antecessoribus nunquam praetensis, quia solum debitis abbatibus pollentibus dignitate quasi episcopali, capitulum et canonici collegiatae praedictae, ad obviandum praetensionibus praedictis, ad S. R. C. recursum habuerunt. Quae de more, scriptis literis archiepiscopo pro informatione, audito abbate praedicto, qui coram episcopo non comparuit et pluries atque pluries de ordine S. R. C. ab episcopo citatus et intimatus ad deducendum sua jura in S. R. C. et numquam comparente, tandem post plures dilationes super propositione hujus-

modi captas, Emus et Rmus D. card. Gabrielli infrascripta dubia super eadem decidenda proposuit :

1. An liceat abbati pro tempore collegiatae S. Petri terrae Laureti Pennen. uti sede cum postergali in assistendo concionibus aliisque publicis functionibus in Ecclesia, praesente capitulo ?

2. An liceat eidem in aliis functionibus canonicalibus et ecclesiasticis uti genuflexorio cum stratu et pulvinari in orando ?

3. An liceat eidem celebrare missam lectam cum quatuor candelis accensis ?

4. An liceat eidem quaestuare vel quaestuari facere, sine licentia vicarii foranei ?

5. An cappellae dependentes ab abbate possint jure ordinario vel delegato visitari per episcopum ?

Et eadem S. R. C. respondendum censuit : Ad 1, 2, 3 et 4. Negative. Ad 5. Affirmative jure delegati. Die 22 Martii 1710.

RAVENNATEN. — Cum S. R. C. sub die 16 Februarii 1669, super dubio per el. mem. card. Gualterium tunc proposito : An, absente archiepiscopo civitatis Ravennaten. ex qualibet causa, et accedente capitulo cathedralis ejusdem civitatis ad ecclesiam S. Vitalis in die illius festi, liceat abbati Cassinensi in eadem sua ecclesia S. Vitalis erigere et retinere baldachinum, etiam praesente dicto capitulo, et seorsim ab eo canere primas vesperas et missam in pontificalibus ? utraque parte informante, rescripserit : Licere, non interveniente tamen dicto archiepiscopo. Ad praecavendas nunc et evitandas, immo prorsus eliminandas quascumque controversias, quae super intelligentia praedicti decreti oriri unquam possent, SSmus Dominus noster Benedictus XIII, praesenti decreto suo illud S. R. C. confirmando, et, quatenus opus sit, declarando, mandat et praecipit quod, existente in civitate vel in suburbiis aut villis archiepiscopo, aut eo a civitate et villis sive suburbiis, immo et a dioecesi absente, dummodo aut non possit aut nolit memoratae functioni interesse, licet capitulum cathedralis Ecclesiae interveniat, in istis casibus exigi debeat baldachinum abbatis regularis S. Vitalis, etiam praesente ipso capitulo et functiones suas peragente, ipseque archiepiscopus existens in civitate vel in locis vicinis, teneatur saltem in pervigilio festivitatis S. Vitalis, hora competenti, de mane tamen, certiorem facere abbatem sive superiorem monasterii S. Vitalis utrum velit necne memoratis functionibus personaliter intervenire ut, eo interveniente, opportuno tempore baldachinum archiepiscopi, vel eo nolente intervenire, illud abbatis regularis erigi possit, injungens Em. et Rev. D. card. pro tempore legato ut executioni hujus decreti Sanctitatis Suae, adhibitis

etiam auctoritate sua juris remediis, sedulo incumbat. Die 12 Martii 1727.

RAGUSINA. — Super juribus praeeminentialibus, quae variis temporibus inter patres abbates ordinis S. Benedicti, congregationis Militensis, status Ragusini ex una, et capitulum ac canonicos illius Ecclesiae metropolitanae partibus ex altera, exorta ac pluries decisa fuerunt, occasione recursus habiti a capitulo et canonicis praefatae metropolitanae, adversus resolutionem favore dictorum abbatum sub die 12 Julii 1727 a S. R. C. editam, iterum ad eamdem delatis controversiis, pro quibus penitus evellendis Emus et Rmus D. card. Belluga infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit :

1. An sit confirmandum decretum diei 12 Julii 1727 concedens abbatibus pontificalibus indutis uti coabsolventibus praecedentiam in processionibus funerum, de quibus agitur ?

2. An dictis abbatibus, ut supra indutis, tamquam invitatis pro assistentia in solemnibus primis vesperis, processione et missa festivitatis S. Blasii, veniat denuo assignandum stallum in presbyterio, quo usos fuisse praetendunt in antiqua cathedrali ?

3. An per eosdem abbates similiter pontificalibus indutos, et genua flectentes in actu receptionis et restitutionis Sacrarum Reliquiarum, quae per eosdem in dicta processione deferuntur, sit permittendus usus ejusdem pulvini, quo in eodem actu utuntur tam archiepiscopus quam episcopi suffraganei ?

4. An dicti abbates in dictis processionibus secum ducere valeant duos clericos seu monachos cotta indutos in utroque latere assistentes, pro servitio et usu mitrae et baculi pastoralis in casu, etc. ?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit : Ad 1 et 3. Affirmative.

Ad 2. Archiepiscopus assignet abbatibus locum decentem in presbyterio, post episcopos.

Ad 4. Affirmative, ita tamen ut, praeter dictos suos clericos aut monachos, alios ducere non possint. Die 24 Novemb. 1731.

MESSANEN. — Concessionis facultatum utendi pontificalibus, occasione functionis alicujus monachationis, pro Petro Santoval, ex principibus Castri regalis, abbatis mitrati ordinis S. Basilii in dioecesi Messanen. S. R. C. resp. : Negative. Die 24 Martii 1733.

LAUDEN. — Exhibita sub die 30 Februarii 1733, ad instantiam vicarii generalis Lauden., inhibitione Bernardino Campi, praeposito

ecclesiae collegiatae oppidi Cottonei, dioecesis Lauden., qua eidem injunctum fuit ne, occasione exercendi pontificalia, auderet excedere ultra facultates in proprio privilegio expressas, habitoque ex parte praefati praepositi adversus hujusmodi inhibitionem ad S. R. C. recursu, Eñus et Rñus D. cardinalis Lercari, ad tollenda dissidia, infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit :

1. An praepositus ecclesiae Cottonei possit ad libitum exercere pontificalia more episcoporum (abstinendo a benedictione privata et septimo candelabro) et uti simplici baldachino, et sede uno gradu humiliore episcopali in ecclesia propria ?

2. An iisdem pontificalibus uti possit in aliis ecclesiis subjectis, et in processionibus non egredientibus limites parochiae ?

3. An sit honorandus titulo Rñi in scripturis publicis et privatis et in synodis, iisque interesse valeat cum pontificalibus more abbatum in casu etc. ?

Et S. eadem R. C. rescribendum censuit :

Ad 1. Negative, et servetur decretum Alexandri VII.

Ad 2 et 3. Negative. Die 28 Augusti 1734.

FOROLIVIEN. — Inter promotorem fiscalem curiae episcopalis Froliviensis ex una, et patrem abbatem et monachos S. Mercurialis illius civitatis partibus ab altera, ortis controversiis, illisque ad S. R. C. delatis, Eñus et Rñus Dominus cardinalis Zondadari infrascripta dubia inter partes concordata declaranda proposuit :

1. An episcopo visitanti ecclesiam parochialem monasterii S. Mercurialis, teneatur ejusdem abbas, indutus cotta, stola et pluviali, obviam ire cum aliquibus monachis usque ad januam dictae ecclesiae, ibique eum excipere, praebere aspersorium cum aqua benedicta eumdemque thurificare ? Et quatenus negative, an et quomodo dictus episcopus sit excipiendus in actu visitationis in dicta ecclesia ?

2. An episcopo et canonicis, occasione processionis peragi solitae in die festo S. Mercurialis, cum delatione ejus capitis ab ecclesia SSñae Trinitatis, liceat caput ejusdem sancti deferre ad aliam ecclesiam praeter illam S. Mercurialis ?

3. An abbas S. Mercurialis in die festo ejusdem sancti teneatur inter missarum solemnia sive a throno sive ab altari descendere et extra presbyterium progredi ad recipiendum caput ipsius sancti, vel potius id pertineat ad sacerdotem assistentem ?

4. An liceat monachis praedicti monasterii S. Mercurialis erigere thronum ter in anno in eorum ecclesia, sive abbas nolit vel non possit pontificalia exercere, sive absit a monasterio ?

Et eadem S. R. C. sub die 11 Decembris proxime praeteriti rescri-

bendum censuit : Ad 1. Affirmative quoad primam partem in casu.

Ad 2. Servetur solitum.

Ad 3. Negative quoad utramque partem et Ordinario pro praefixione horae congruae peragendi solitam processionem et abbas missam inchoet, postquam sacram reliquiam pontificaliter indutus receperit.

Ad 4. Negative. Die 11 Decembris 1734. In decisis et amplius, die 23 Junii 1735.

BRIXINEN. — Cum a S. R. C., in causa juris benedicendi et consecrandi inter Rmum episcopum Brixinen. ex una, et P. abbatem monasterii S. Joannis Baptistae in Stambs, ordinis Cisterciensis, ex altera partibus, vertente super dubio : An liceat abbati monasterii Stambsensis supellectiles sacras benedicere, in quibus sacra unctio non adhibeatur, sed etiam altaria consecrare et alia vasa sacra, in quibus adhibetur sacrum chrysma, idque non tantum ad usum propriae ecclesiae monasterialis, sed etiam in usum aliarum ecclesiarum in casu etc. ? Referente Emin. et Rev. Dom. card. Georgio Spinula sub die 22 Januarii 1735, responsum fuerit : Negative, et serventur decreta anni 1659.

Verum, ad instantiam praedicti abbatis, obtenta ab eodem Emin. et Rev. Dom. card. Spinula Ponente nova audientia et ab eodem iterum in S. R. C. proposito infrascripto dubio : An sit standum vel recedendum a decisis in casu etc. ? S. eadem C. resp. : In decisis et amplius. Die 31 Augusti 1737.

BARCHINONEN. — Ex parte episcopi Barchinonen. expositum fuit, quod abbates regulares ordinis Claustralium, ordinis S. Benedicti, congregationis Tarraconen., qui a S. Sede Apostolica facultatem habent utendi pontificalibus in suis tantum ecclesiis aut sibi pleno jure subjectis, praetendunt quod episcopus concedat eisdem licentiam utendi pontificalibus in aliis ecclesiis dioecesis, sive saecularibus, sive regularibus ; propterea praefatus episcopus S. R. C. enixe supplicavit prò resolutione infrascripti dubii, videlicet : An episcopus possit concedere licentiam abbatibus claustralibus, ordinis S. Benedicti, congregationis Tarraconensis, exercendi pontificalia in ecclesiis saecularibus aut regularibus dioecesis dictis abbatibus non subjectis ?

Et S. eadem R. C. respondit : Nequit episcopus abbatibus aliisque praelatis inferioribus, exercitium pontificalium restrictive habentibus, in suis tantum ecclesiis facultatem seu licentiam impertiri exercendi illa in ecclesiis ipsis non subjectis, sive saeculares fuerint, sive regulares suae dioecesis. Die 11 Julii 1739.

TIRASONEN. — Episcopus Tirasonen. humiliter exposuit, quod, licet ex variis Sacrorum Canonum, Summorumque Pontificum et S. hujus R. C. declarationibus constet, ad episcopum spectare in sua dioecesi jus benedicendi sacra nedum vasa, campanas et alia quae sacro chrismate deliniuntur, sed et sacras vestes et caetera in quorum benedictionibus unctio chrismatis non adhibetur, quodque illae benedictiones, in quibus haec unctio requiritur, fieri non possint, etiam ab exercitium pontificalium habentibus, pro ecclesiis sibi pleno jure non subjectis, et quod superiores regularium, ut rectores, priores, guardiani, ministri et alii, benedictiones omnes, in quibus sacrum chrisma non requiritur, tam pro suis quam pro alienis ecclesiis, similiter faciant et quod ad campanas attinet, jam usus invaluit ab inmemorabili ut eas absque sacro chrismate benedicant simplices presbyteri cum facultate ab episcopis delegata, juxta rituale Caesaraugustanum, in quo benedictio, quam simplicem et privatam dicunt, reperitur et est eadem cum solemni in Pontificale episcoporum tradita, chrismatis unctione dempta : quare praedictus episcopus enixe S. R. C. supplicavit pro declaratione sequentium dubiorum, videlicet :

1. An liceat abbatibus aliisque pontificalia ex privilegio exercentibus benedicere campanas, vasa sacra et alia quae sacro chrismate liniuntur, nec non vestes sacras et in quorum benedictionibus chrismatis unctio non requiritur ? Quatenus affirmative,

2. An hoc eis liceat etiam pro ecclesiis sibi pleno jure non subjectis ?

3. An superiores regularium et rectores, priores, guardiani, ministri et alii possint explere benedictiones omnes in quibus sacrum chrisma non requiritur ?

4. An episcopus inhibere possit decano Tutelano aliisque abbatibus, etiam Nullius dioecesis, pontificalium exercitium habentibus in dioecesi Tirasonen., prout quoque rectoribus, prioribus, guardianis et aliis ministris regularium superioribus, ne praedictas benedictiones explere audeant ?

5. An idem episcopus, utendo ordinaria facultate, possit aliis in dignitate constitutis delegare potestatem benedicendi sacra indumenta et alia, in quibus, juxta Rituale romanum, sacrum chrisma non adhibetur ; seu potius hanc delegationem idem episcopus etiam ad campanarum benedictionem ampliare valeat ?

6. An quatenus ad eamdem delegationem apostolicum requiratur indultum, istud sit concedendum praefato episcopo, ut in locis praecipuis et nobilioribus suae dioecesis eo in numero presbyteros in dignitate constitutos ad hoc opus eligat, quod aestimet sufficere pro omnium ecclesiarum suae dioecesis indigentia ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit : Ad 1. Quoad primam partem, non licere, nisi habeant S. Sedis privilegium ; quoad secundam partem, licere.

Ad 2. Hoc eis licere pro usu dumtaxat suarum ecclesiarum vel monasteriorum.

Ad 3. Posse pro suis ecclesiis, supposito S. Sedis privilegio.

Ad 4. Proponatur, citatis interesse habentibus.

Ad 5. Non posse.

Ad 6. Posse concedi in forma solita. Die 16 Maii 1744.

GORITIEN. — Remissa ab Emin. et Rev. Domino cardinali Pro-Datario ad Sac. Rit. Congregationem pro voto instantia Francisci Xaverii de Taufferer, abbatis et archidiaconi monasterii Litticensis, ordinis Cisterciensis, in dioecesi Goritiae, qua humillime supplicabat quatenus indulgere dignaretur eidem abbati suisque successoribus nonnulla privilegia, praeter contenta in decreto s. mem. Alexandri PP. VII·, die 27 Septembris anni 1659, circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum edito : S. C. rescribendum censuit : Consulendum SSmo pro concessione indulti, juxta modum ab eodem Emo Ponente explicandum, videlicet, ut liceat abbati oratori ejusque successoribus, praeter consuetos tres dies in decreto Alexandrino prescriptos singulis annis, tribus aliis vicibus in ecclesiis sibi subjectis pontificaliter celebrare, nec non aliis duabus vicibus in ecclesiis sibi non subjectis, quatenus tamen ab episcopo loci Ordinario, non autem a praelato inferiori rogatus fuerit. Item pontificalia signa adhibere in pastoralibus visitationibus ecclesiarum sibi subjectarum, nimirum ad absolutionem pro defunctis et ad visitationem SSmi Sacramenti Eucharistiae dumtaxat : praeterea in processionibus pro causa publica infra ambitum et districtum ecclesiarum sibi subjectarum solemniter habendis, et in conferenda clericali tonsura et quatuor minoribus ordinibus subjectis sibi monachis, et in consecratione altarium portatilium, patenarum et calicum, aliisque benedictionibus, in quibus sacra olea sunt adhibenda. Denique, ut pro usu ecclesiarum sibi subjectarum tantummodo liceat ei benedicere sacra indumenta et supellectilia, cruces, imagines, vasa sacra et campanas, necnon consecrare calices, patenas et altaria tantum portatilia, dummodo tamen, quotiescumque juxta Pontificale romanum sacra unctio adhibenda est, fiat cum oleis et chrismate ab aliquo catholico antistite benedictis seu confectis ; in reliquis serventur decreta, si SS. D. N. visum fuerit. Die 11 Augusti 1770.

Factaque deinde per secretarium de praedictis eidem SS. D. N.

relatione, Sanctitas Sua benigne annuit in omnibus et mandavit expediri per bullam. Die 18 ejusdem mensis et anni 1770.

5. Une lettre de Benoît XIV, insérée dans les décrets des Rites, recommande aux Ordinaires de veiller à la stricte observance des décrets d'Alexandre VII sur les pontificaux des abbés et des prélats inférieurs : la loi générale ne peut donc pas être considérée comme tombée en désuétude.

Epistola sa. me. Benedicti papae XIV *ad omnes archiepiscopos et episcopos qua commendatur observantia decretorum, jussu sa. me. Alexandri PP. VII editorum circa usum pontificalium, servandum ab abbatibus aliisque praelatis inferioribus.*

Reverendissime Domine uti Frater, Sanctissimus Dominus Noster pro diuturno quo gubernat Ecclesiam zelo et sollicitudine, animo reputans, quod ea, quae a longo tempore fuerunt statuta quamquam opportunissima et necessaria, ita tamen decursu temporis in desuetudinem abeant et in oblivionem, ut penitus tandem negligantur ac proinde varios abusus animadvertens inolevisse adversus decreta a sa. me. Alexandro VII constituta, praesertim circa usum pontificalium, in congregatione ordinaria Sacrorum Rituum habita coram eodem pontifice anno 1659, idem Sanctissimus Dominus Noster nedum opportunum, sed plane necessarium duxit praescribere, sicut reapse praescripsit, quod non solum fieret nova praedictorum decretorum in memorata Congreg. editorum impressio, sed etiam quod ad omnes et singulos locorum Ordinarios eorum exemplaria transmitterentur (quorum unum etiam Amplitudo Tua hisce adnexum recipiet) ad hoc ut pro munere quod ipsis incumbit, ac pro peculiari studio quo in res sacras eosdem affectos esse decet, exactam eorumdem decretorum observantiam urgeant et compleant, eoque magis quod, asserentibus tunc temporis monachis Cassinensibus, etiam pro aliena ecclesia ex apostolico indulto, eis licitum esse ecclesiasticam supellectilem benedicere. Et S. R. C. mandavit usque ab anno 1660 tale indultum authenticum ex archivio apostolico desumptum exhiberi, et interim abstinere, nunquam huc usque fuit ostensum, et diu felix et incolumis vivas.

6. Une consultation spéciale règle, une fois pour toutes, ce qui concerne les pontificaux des abbés bénédictins, de la congrégation du Mont-Cassin. Les points suivants sont strictement maintenus : une seule crédence est autorisée : les pontificaux sont limi-

tés à trois jours de fêtes chômées, sans extension aux obsèques des nobles ni aux pontificaux sans le trône ; le cortège est permis, pourvu qu'on ne franchisse pas l'enceinte du monastère pour se rendre à l'église ; quatre ministres en surplis peuvent être adjoints aux autres ; pour la mitre précieuse, on renvoie au chapitre *Ut apostolica* et l'on exige le voile à la crosse ; les pontificaux sont prohibés dans une église étrangère, même après invitation : aux messes basses, les ornements ne peuvent être pris à l'autel ; l'abbé ne peut bénir d'un triple signe de croix en dehors des pontificaux ni bénir sur son passage en se rendant à l'église ; il ne peut davantage bénir en présence de l'évêque ; la mitre et autres insignes sont concédés seulement pour les ordinations et bénédictions où s'emploient les saintes huiles ; la bénédiction des ornements sacrés pour une église étrangère exige un indult apostolique ; aux messes basses, les abbés ne sont pas assimilés aux évêques.

Procurator generalis congregationis Cassinensium Sanctissimo humiliter supplicavit, dignaretur praecipere C. S. R. ut quae abbatibus Cassinensibus particulari Sedis Apostolicae indulto ex vetitis, et praeter expressa in decreto novissime super usu pontificalium edito, adhibere liceat, praevia discussione declararet. Sanctissimus autem oratoris preces ad eamdem Congreg. transmisit, rescripsitque per Eminentissimum D. card. Franciottum notulam dubiorum supplici libello subnexam in ipsa congregatione referri.

Ad § 4 decreti, quo prohibetur usus praeterquam unius abaci, asserentibus monachis hactenus ab immemorabili tempore eorum abbates adhibere consuevisse secundum abacum ad pelvim et urceolos exponendos, *censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 5, quo tribus tantum diebus de praecepto, etc. pontificalis celebratio permittitur, exponentibus monachis taxativam hujusmodi non extendi ad usum pontificalium sine baldachino, ac propterea ex indulto Alexandri II sibi competere pontificalium usum, tum in exequiis nobilium virorum ; *S. C. censuit* : Hujusmodi privilegium tantummodo suffragari monasterio Cavensi, nec ad alia monasteria extendi.

Ad § 6, quo in accessu abbatis divina peracturi et recessu ejusdem post divina absoluta, prohibetur associatio more episcoporum, affirmantibus monachis se ab immemorabili tempore simili associatione usos esse, atque indecorum videri ut abbas pontificaliter peracturus

divina, solus ecclesiam petat; *S. C. censuit* : Annuendum esse petitis, modo non extra sed intra septa monasterii sese ad ecclesiam conferat.

Ad § 7, quo taxatur numerus ministrorum, exponentibus monachis abbates indigere ministris ad librum et candelam, ad intortitia elevationis et ad candelabra Evangelii, ad mitram et baculum; *S. C. censuit* : Indulgendos fore alios quatuor ministros cotta indutos praeter expressos in decreto.

Ad § 8, quo usus mitrae pretiosae et baculi sine velo appenso vetitus est, asserentibus monachis mitram pretiosam ipsis de jure competere, velum quoque nunquam eos consuevisse baculo appensum adhibere, nec esse de ritibus Romanae Ecclesiae, sed Ambrosianae tantum; *S. C. censuit* : Quoad mitram servandam esse dispositionem cap. *Ut apostolicae*, De Privileg. in 6; quoad baculum vero servandum esse decretum.

Ad § 10, quo prohibetur usus pontificalium in aliena ecclesia, licet exempta, quamvis abbas ad ipsam fuerit invitatus; exponentibus monachis, eos inibi pontificalibus insigniis hactenus usos esse, idque a jure ipsis permissum praesumere; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 11, quo sacras vestes ex altari sumere abbates privatim celebraturi prohibentur, asserentibus monachis se hactenus tali privilegio gavisos esse; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 13, quo disponitur ne abbates extra pontificalia pontificali more ac trina crucis productione, necnon privatim occurrenti populo, tum pontificaliter induti etiam per ecclesiam incedentes benedicant; asserentibus monachis abbates in missis privatis hactenus episcopali more benedixisse, et pontificalibus praesertim indutos per ecclesiam transeuntes occurrenti populo benedictionem elargiri consuevisse; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 14, quo in praesentia episcopi abbatibus denegatur facultas benedicendi solemniter etiam in pontificalibus, asserentibus monachis, ex privilegio ipsis, etiam praesente episcopo, benedictiones hujusmodi competere; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 15, quo traditur ordo inferioribus praelatis divina pontificaliter peragendi, praesente episcopo loci Ordinario, exponentibus monachis episcopo vetitum reperiri ingressum in eorum ecclesias, ipsis invitis; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Ad § 17, quo usus mitrae et reliquorum insignium pontificalium, praeterquam tribus anni diebus, abrogatus est, suggerentibus monachis, indecorum videri ut in ordinibus conferendis, in consecrationibus, et in receptionibus et professione monachorum et monialium,

abbates mitram non adhibeant ; *S. C. censuit* : Indulgendum fore ut ea tantum utantur in actu ordinationum et benedictionum cum sac. oleo.

Ad § 19, quo vetita est abbatibus benedictio sacrae supellectilis pro usu alienarum ecclesiarum, asserentibus monachis, pro aliena ecclesia ex apostolico indulto eis licitum esse ecclesiasticam supellectilem benedicere ; *S. C. mandavit* : Exhiberi indultum authenticum ex archivio apostolico desumptum, et interim abstineri.

Ad § 21, quo in missis privatis prohibetur abbatibus quivis ritus, et praerogativae ad episcopos privative spectantes, exponentibus monachis abbates Cassinenses hactenus in missis privatis adhibuisse quatuor candelas, ministros ad lotionem manuum ac duos assistentes cum cotta, etc. ; *S. C. censuit* : Servandum esse decretum.

Praesentisque declarationis decretum typis imprimi posse concessit. Die 12 Junii 1660.

Praedictis autem Sanctissimo relatis, Sanctitas Sua ea approbavit et decretum editum die 27 Septembris 1659, omnino exequi et servari mandavit. Verum quoad §§ 5, 6, 7, 8 et 17, ad limites tantum praesentis declarationis, et non alias ; salva quavis contraria, verbaliter tamen expressa, dispositione privilegiorum particularibus monasteriis congregationis Cassinensium concessorum. Die 20 Julii 1660.

CHAPITRE XXX

LES PONTIFICAUX DES CHANOINES

1. Indult. — 2. Règles générales. — 3. Résumé. — 4. Décrets.

1. Les chanoines de certains chapitres n'ont les pontificaux qu'en vertu d'indults apostoliques qui, d'ordinaire, déterminent strictement l'étendue et les limites de la concession. Il faut donc s'en tenir rigoureusement aux termes mêmes de l'indult.

2. Toutefois, il est des règles générales qui embrassent toutes les concessions de ce genre. Elles ont été fixées par plusieurs décrets de la S. C. des Rites et surtout par la constitution de Pie VII.

3. Voici sommairement, d'après ces mêmes décrets et cette

même constitution, les choses permises et celles qui sont défendues.

En principe, les pontificaux supposent la dignité épiscopale qu'ils mettent en relief aux yeux du public.

Les prélats inférieurs en jouissent aussi, dans leurs églises qui sont exemptes, mais l'apparat est moindre et certains jours spéciaux sont réservés à ces pontificaux, que régissent les décrets d'Alexandre VII et de Benoît XIV.

Dans les églises non exemptes, la faculté cesse, même avec la permission de l'Ordinaire.

Les dignités des chapitres, chanoines et autres ne peuvent jouir des pontificaux des prélats ou avoir des insignes particuliers qu'en vertu de l'autorisation expresse du Saint-Siège.

Le privilège, par cela même qu'il limite la dignité épiscopale, doit s'interpréter strictement : il ne faut donc pas sortir des bornes posées par l'indult apostolique.

Une différence est établie entre le célébrant, qui use des pontificaux, et les ministres qui l'assistent et à qui ils sont interdits.

Les pontificaux sont au nombre de huit : les bas, les sandales sans or ni argent, les gants de soie unie, la dalmatique, la tunique, l'anneau avec une seule gemme, la croix pectorale non gemmée, la mitre simple en toile blanche avec franges de soie rouge aux fanons.

A Ravenne, les chanoines portent la mitre en damas de soie, mais d'un dessin différent de celui adopté pour la mitre des cardinaux et à Bari la mitre de drap d'or est autorisée.

La croix pectorale a été refusée aux chanoines de Syracuse qui demandaient à la porter tous les jours, ou encore aux fêtes où l'archevêque prenait le pallium et à deux processions solennelles. On doit s'en abstenir aussi en dehors de l'église.

L'anneau, étant affecté aux pontificaux, demeure interdit en toute autre circonstance, même quand les chanoines sont parés pour assister l'évêque officiant.

Le diacre et le sous-diacre ne peuvent se prévaloir, dans leurs fonctions, ni de la mitre ni d'aucun autre privilège, y compris les bas et les sandales qui ne peuvent se séparer des autres pontificaux.

La concession pour l'officiant est limitée aux seuls jours où l'évêque devrait officier ou assister en pluvial et en mitre et non aux autres solennités, quelles qu'elles soient.

Les pontificaux sont étendus à tous les membres du chapitre indistinctement ; ils ne peuvent en faire usage individuellement, mais seulement en présence du chapitre.

La présence ou l'absence de l'Ordinaire n'apporte aucun changement à l'usage des insignes.

L'officiant prend la mitre quand on lui lave les mains ; il se la met lui-même, mais ne la reçoit pas du ministre qui la tient avec une écharpe. Les autres chanoines la tiennent eux-mêmes.

La mitre ne se pose pas sur les armoiries, à moins d'un indult exprès.

Le chanoine défunt ne peut l'avoir sur la tête ni quand on l'expose ni dans son cercueil ; aux funérailles et anniversaires, elle n'orne pas le catafalque et on ne doit pas la suspendre au-dessus de la tombe.

Les pontificaux ne s'exercent que dans la cathédrale ; pour en faire usage, aux grandes solennités, dans les autres églises de la ville et du diocèse, il faudrait l'assistance du chapitre et l'autorisation de l'évêque.

Ils sont prohibés aux messes des morts, même l'évêque présent et assistant au trône.

De même pour les vestitions et professions religieuses, à moins d'un indult spécial et dans ce cas il faut n'employer que les insignes rigoureusement nécessaires à la fonction.

Le faldistoire ne convient pas aux chanoines, qui s'asseoient sur un banc recouvert d'une tenture de la couleur du jour.

Que la messe soit solennelle ou basse, les chanoines doivent s'abstenir de prendre les ornements à l'autel, de se servir du canon et du bougeoir, d'un prêtre assistant, de dire *Pax vobis* au lieu de *Dominus vobiscum* et de donner la bénédiction par un triple signe de croix, soit avec la main, soit avec l'ostensoir ; pour cette triple bénédiction, il serait nécessaire d'avoir un indult, qui n'est pas accordé aux simples chanoines et qui suppose toujours l'assentiment de l'évêque. L'archiprêtre de Bagnacavallo peut la donner à la fin de la messe, des vêpres et des laudes.

Un indult est aussi requis pour le bougeoir. Le chapitre de Ravenne y a droit dans tout le diocèse, mais à condition que ce ne sera pas en présence ni d'un cardinal ni de l'archevêque.

Les chanoines prennent la mitre chaque fois que l'évêque offi-

cie pontificalement, aux bénédictions des cierges, des cendres et des palmes, même quand la fonction est accomplie par une dignité en remplacement de l'évêque absent, empêché ou décédé. A la procession de la Fête-Dieu, ils ne peuvent la mettre sur la tête, se contentant de la tenir à la main.

Ceux qui assistent l'évêque, soit au trône, soit à l'autel, restent tête nue quand ils doivent faire quelque action tenant à leurs fonctions.

Ils n'ont pas non plus la mitre pendant que l'évêque s'habille et lorsqu'il monte à son trône.

Les coussins sont interdits, à moins d'une coutume immémoriale ; on ne les tolère que sur le siège et l'agenouilloir, mais jamais sous les genoux et les pieds.

Tout ce qui n'est pas accordé d'une manière spéciale doit être considéré comme défendu.

En cas de doute, il est expédient de consulter la S. C. des Rites.

Les évêques sont chargés de veiller à l'exécution des décrets.

La coutume ne parvient pas à légitimer une dérogation aux règles établies.

Aux messes basses, il n'y a pas de différence avec les simples prêtres : ainsi les chanoines s'habillent à la sacristie, ils n'ont ni la croix pectorale, ni l'aiguière, ni le bougeoir, ni l'encensoir et doivent se contenter d'un seul servant et de deux cierges ; toutefois, la S. C. tolère quatre cierges dans une circonstance déterminée.

Le samedi-saint n'est pas compris parmi les fêtes pontificales.

La *cappa* et le rochet sont portés par le chapitre en corps, mais non par les chanoines individuellement.

Sont refusés la crosse et le grémial. En cas d'indult, la crosse devrait avoir un voile blanc à la volute.

L'officiant a droit au triple coup d'encensoir.

La paix ne se donne pas séparément aux chanoines qui ont les pontificaux.

Les titres décernés aux chanoines dépendent de la coutume.

Au sermon, les indultaires sont assis au premier rang sur un banc, avec coussins de laine ou de cuir au siège, mais sans fauteuil ni agenouilloir à tenture de soie violette.

La première dignité présente au chœur donne le signal pour commencer l'office qu'entonne l'hebdomadier, lequel lit aussi la bénédiction des matines.

Quand deux dignités ont les pontificaux, l'évêque règle les jours qui sont réservés à chacun.

La concession des pontificaux n'entraîne pas, même en dehors de la messe pontificale, le pouvoir de consacrer les calices et les patènes et de bénir les cloches, pour les seules églises des indultaires, à moins d'une autorisation formelle. S'ils ont la faculté de bénir les linges et ornements sacrés, ils ne peuvent s'en servir pour des églises autres que la leur.

A l'aspersion, l'indultaire est aspergé comme tout le clergé, mais ne doit pas prendre l'aspersoir pour s'en signer.

Le chapeau qui se place sur l'écusson est noir et de forme prélatice.

Si le dais avait été accordé, on devrait s'en tenir au décret d'Alexandre VII; mais, en général, il n'est octroyé qu'aux prélats inférieurs.

L'indultaire peut être accompagné à l'aller et au retour, mais seulement dans l'intérieur de l'église.

Hors de l'église, il ne peut faire porter devant lui ni la crosse ni la mitre.

Dans l'église, il ne bénit pas sur son passage, comme fait l'évêque.

La concession des pontificaux n'entraîne nullement le costume prélatice, à l'instar des protonotaires, ni la concession d'indulgences après la bénédiction.

4. Je donne maintenant, à titre de pièces justificatives, les décrets relatifs aux pontificaux des chanoines, parce que je ne sache pas que jusqu'à présent ils aient été ainsi réunis ensemble : or, il est important de les grouper pour mieux saisir la pensée de la Congrégation des Rites et obvier aux abus.

REGIEN. MIRANDULA. — Ad petitiones porrectas pro parte principis et praepositi oppidi Mirandulae, Regien. dioecesis, S. R. C. censuit praeposito praedicto ecclesiae Mirandulanae concedi posse usum mitrae et baculi et aliorum indumentorum pontificalium, in ecclesia tantum et in absentia episcopi... ; extra ecclesiam vero habitum violaceum, prout in supplicatione. Die 7 Februarii 1604.

PRATEN. NULLIUS. — Sub supplicatione Sanctissimo D. N. porrecta et a Dataria ad Sacram Rituum Congregationem remissa, in qua petebatur usus mitrae et baculi pastoralis pro praeposito insignis ecclesiae collegiatae terrae Prati, Nullius dioecesis, in provincia Florentina, et pro successoribus suis ; eadem Sacra Rituum Congregatio ita rescribi mandavit, videlicet : Attentis qualitatibus ecclesiae narratis in supplicatione, Congregatio Sacrorum Rituum censuit indultum petitum posse concedi et ita declaravit. Die 12 Novembris 1605.

PRATEN. — Praepositus Praten., qui usum mitrae ex gratia obtinuit, petiit declarari, an sibi liceat, post benedictionem solemnem datam populo in fine missae, concedere, sicut faciunt episcopi, indulgentias et quas ? S. Rit. Congregatio respondit : Non licere. Die 4 Martii 1606.

LUBIANEN. — Cum R. P. episcopus Sarzanen., nuntius apostolium apud Serenissimum Ferdinandum, archiducem Austriae Graeciae in Germania,... significaverit dictum Serenissimum archiducem cupere ut praeposito cathedralis Ecclesiae Lubianen. SSmus D. N. concedere dignaretur usum mitrae et baculi, prout in Germania alii similes praepositi habere consueverunt ; et de mandato ejusdem SSmi D. N. papae negotium in S. R. C. semel atque iterum propositum et examinatum fuerit, cum ex literis ejusdem nuntii constet non solum adesse consensum episcopi Lubianen., sed ipsum episcopum, una cum capitulo suae Ecclesiae cathedralis, id maxime cupere..., eadem S. R. C. censuit gratiam petitam posse concedi, si SSmo D. N. placuerit. Et ita declaravit. Die 24 Aprilis 1610.

LAUDEN. — Praepositus terrae Codonaci Congregationi Sacris Ritibus praepositae supplicavit, ut declarare dignaretur, an ipsi usum pontificalium habenti erigi possit baldacchinum, quando solemniter celebrat ? Et Emi PP. negative responderunt. Die 9 Julii 1650.

SIPONTINA. — Cum S. Rituum Congregatio, litteris datis 20 Februarii 1649 mandaverit vicario capitulari Sipontino, ut constito ei quod dignitates ecclesiae collegiatae S. Angeli Montis Gargani propria auctoritate assumpserint mitram, id omnino prohiberet, vicarius prohibuit ; et, cum denuo dignitates illas assumpserint, excommunicatas declaravit. Verum quia adhuc non abstinuerint ab illarum usu nec a divinis, idem vicarius supplicat pro opportuno rimedio. Et S. Rituum Congregatio mandavit rescribi episcopo Trojano pro executione litterarum S. Congregationis circa delationem mitrarum et pro progressu ad ulteriora contra inobedientes, etiam cum appositione interdicti et

personarum carceratione, si ita illi videbitur expedire. Et de omnibus fuit etiam certioratus idem vicarius, prout latius in regestro litterarum. Die 9 Augusti 1653.

SIPONTINA. — Visis ac mature perpensis juribus capituli collegiatae Garganicae super usu mitrarum ab archiepiscopo Sipontino ad S. Rituum Congregationem de mandato transmissis et ab Emo D. cardinale Franciotto relatis, S. eadem Congregatio censuit bullam Bonifacii IX nec non sententiam archiepiscopi Antonii Marcelli dignitatibus et canonicis collegiatae praedictae nullatenus suffragari : ideoque mitrarum usum eis interdixit, ac sub poenis ejusdem S. Congregationis arbitrio prohibet ; jura tamen, quae praeter deducta eisdem obvenerint, S. Congregationi exhibeant, ac interim a praedictarum usu omnino sub iisdem poenis abstineant. Die 1 Decembris 1657.

LUCANA. — Joanni Paulo Gigli, decano S. Michaelis civitatis Lucanae, petenti an indultum Leonis X sibi suisque successoribus suffragari videatur, quin per decretum novissime emanatum super usu pontificalium abstineri debeat ab usu mitrae cum gemmis et baculi sine velo albo appenso, prout hactenus a fundatione suae dignitatis in vim praefati indulti ea adhibere sui praedecessores consueverunt, Sacra Rituum Congregatio responderi mandavit : Mitram sibi suisque successoribus competere, parvis margaritis ornatam, ad praescriptum capituli *Ut apostolicae*, de privileg. in 6, et Caeremonialis episcop., c. XVII, l. I. Quo vero ad baculum, in hoc casu non comprehendi in decreto novissimo. Die 11 Septembris 1660.

LUCANA. — Institit Blasius Orsuccius, prior saecularis et collegiatae ecclesiae S. Mariae Capri Camaioris, dioecesis Lucensis, a S. R. C. declarari, per decretum novissime evulgatum super usu pontificalium sibi non prohiberi usum mitrae auriphrygiatae et baculi sine velo albo appenso, prout hactenus ab erectione suae dignitatis, in vim indulti s. m. *Pauli III,* sui praedecessores consueverunt. Et S. eadem C. respondit : Oratorem posse uti mitra ad praescriptum tantum cap. *Ut apost. de privileg.* in 5, et Caeremonial. episcoporum, c. XVII, l. I ; quo vero ad baculum ipsum non comprehendi in decreto praedicto. Die 2 Jul. 1661.

SIPONTINA. — 1. An dignitatibus metropolitanae Ecclesiae Sipontinae, habentibus usum mitrae ex privilegio apostolico, liceat intra et extra ambitum Ecclesiae, puta in processionibus majoribus et minoribus, mitram cum velo appenso penes se praeferri facere ?

2. An in processionibus incipientibus a propria eorum Ecclesia, et

longius progrediendo quam teneat ambitus murorum ipsius Ecclesiae, veniat eis interdicenda mitra?

3. An in aliis ecclesiis exemptis vel non exemptis, sive intra civitatem sive intra dioecesim, licite utantur mitra?

4. An jure utantur in officiis et missis defunctorum, vel in diebus non festivis nec ubique de praecepto?

5. Num ad haec, citra veri praejudicium, suffragetur consuetudo?

Et S. R. C. censuit et declaravit, ut infra : Ad 1. Non licere.

Ad 2. Negative.

Ad 3. Invitatis vel alio modo accedentibus ad aliam ecclesiam exemptam sive non, sive capitulariter, sive sejunctim, sive intra civitatem, sive extra et in dioecesi, non posse uti, sed esse interdicendam.

Ad 4. Non in officiis et missis defunctorum, nec in diebus feriatis, sed tantum in solemnioribus et ubique de praecepto.

Ad 5. Negative. Hac die 15 Septembris 1668.

PISANA. — S. R. C. declaravit : Non licere Petro Matthaeo Casaperio, archipresbytero et primae dignitati Ecclesiae primatialis et cathedralis civitatis Pisae, continuare in celebratione missae cum quatuor candelis, et assistente ultra clericum, contra formam decretorum s. m. Alexandri VII de anno 1660, et sub praetextu quod non comprehendat dignitates neque deroget consuetudini, ut ipse archipresbyter praetendit. Hac die 21 Mart. 1671.

PATAVIEN. — Praetendentibus nonnullis canonicis cathedralis Patavinae missam privatam celebraturis, quod sibi liceat nec sumere paramenta in sacristia, sed ea collocare facere super altari in cornu evangelii, ubi accedentes, ipsa paramenta sumere et iisdem se vestire stantes super gradibus, et prope idem cornu altaris clerico uno vel duobus adjuvantibus, idque vigore immemorabilis consuetudinis, quae dat privilegium et habet vim tituli ; et hanc eorum consuetudinem permitti *in Rubricis missalis*, de ritibus servandis in celebratione missarum, *c.* I, *num.* I, ibi : *Deinde accedat ad locum in sacristia vel alibi praeparatum, ubi paramenta aliaque ad celebrationem necessaria habentur. Et c.* II, *num.* II, ibi : *Si in altari paramenta accepit.* Et replicantibus nonnullis aliis praedicta prohiberi, tam ex decreto S. C. in principio missalis inserto, ibi : *Non obstante quocunque praetextu et contraria consuetudine, quam abusum* declaravit, quam ex alio *sub die 27 Sept.* 1659, prohibente omnibus et singulis etiam usum pontificalium habentibus, in missis privatis sumere dicta paramenta ex altari, et praecipiente ut ea in sacristia sumantur, idque servari

per duos canonicos seniores, et servatum fuisse a quibusdam aliis canonicis nunc defunctis qui sumunt et sumpserunt dicta paramenta in sacristia.

Sacr. Rit. Congr., quidquid sit de justificatione praefatae consuetudinis immemorabilis in facto, cum non ab omnibus servatam fuisse et servari supponitur, ut supra, et non obstante etiam quod praetendatur dicta decreta non fuisse usu recepta in dicta Ecclesia Patavina, et non comprehendere casum ipsorum canonicorum de Padua, cum ipsi non praetendant sumere dicta paramenta de altari, id est stando in gradus altaris, ut faciunt episcopi, sed accedunt ad altare et sumunt in ipso altari et non in medio illius sed in cornu ; declaravit, inhaerendo aliis declarationibus : Non licuisse neque licere canonicis cathedralis Pataviensis assumere sacra paramenta neque de neque in altari, non obstante quacumque praetensa consuetudine etiam immemorabili in contrarium, quam abusum impraescriptibilem declaravit et contraria interpretatione seu distinctione dictarum rubricarum missalis et decretorum. Et ita omnino servari et exequi voluit et mandavit, hac die 17 Junii 1673.

PASSAVIEN. — Episcopus Passaviensis exposuit in S. R. C., Antonium comitem de Lossesten, Ecclesiae ejusdem praepositum, impetrasse a paucis mensibus gratiam mitrae et baculi in forma ordinaria a S. Sede Apostolica concedi solita, et exinde uti cruce pectorali, non tantum in functionibus Ecclesiae ad quas se privilegium extendit, sed etiam extra Ecclesiam et ubivis, ac in praesentia ejusdem episcopi, quod in Germania novum plane et insolitum, cum gestatio crucis pectoralis pro signo in partibus illis habeatur jurisdictionis. Ideoque supplicavit pro declaratione : An dicto praeposito competat hoc jus ? Et eadem S. C. respondit : Non licere extra functiones sacras, nisi doceat de speciali indulto. Et ita declaravit. Hac die 16 Jun. 1674.

SPOLETANA. — Cum nonnulli ex canonicis cathedralis Ecclesiae Spoletanae ob praerogativas praetensas per Dominicum Maurum, uti priorem et primam dignitatem ejusdem Ecclesiae, ultra expeditionem monitorii coram A. C. super observatione decretorum hujus S. R. C. recursum etiam habuerint ad Eñum et Rñum Dominum cardinalem Fachinettum, illius episcopum, qui per suas literas consuluit eamdem S. C., et supplicatum fuit pro resolutione infrascriptorum dubiorum, quae sunt contenta in literis Eñi cardinalis Fachinetti, videlicet :

1. An prior praedictus possit celebrare missam privatam cum quatuor candelis accensis ?

2. An in missa solemniter cantata, in elevatione possit uti canone et sex intortitiis ?

3. An valeat ut eidem assistentes superimponant biretum et pileolum ?

4. An in missis privatis possit sumere sacra indumenta prope altare, non autem in sacristia, ut caeteri canonici, et in cappella ubi celebrat, ante et post sacrificium abluere manus ?

5. An possit anteferri calicem in altari, illumque ante expletum sacrificium removeri facere ?

6. An in offertorio possit sibi ministrari patenam et calicem cum vino et aqua, non a seipso sed a serviente ?

7. An, expleta missa in cappella, ubi certis temporibus recitatur officium, possit sacris indumentis expoliari coram capitulo, et non in sacristia ?

8. An uti possit pulvinari in cantandis litaniis ?

9. An possit penes se in propria domo retinere libros baptismatis, contra antiquam consuetudinem ?

10. An uti valeat mozzetta et rochetto, cum habitu protonotarii ?

Et eadem S. R. C., utraque parte hinc inde informante, respondit : Negative in omnibus, non obstante quacumque consuetudine. Et ita declaravit atque decrevit. Hac die 20 Septembris 1681.

ANICIEN. — Cum expositum sit a nonnullis canonicis Ecclesiae Aniciensis, quod ipsi ab immemorabili in solemnitate festivitatis Corporis Christi mitram in capite deferre consueverunt, verum cum dubitetur : An mitras hujusmodi, quas tamquam ad ornamentum in capite deferunt, in processione hujusmodi deferre possint ? Quatenus Sac. Rituum Congregatio id eis licere benigne declarare dignaretur. Et eadem S. C. respondit : Non posse, et abusum esse tollendum. Et ita declaravit atque decrevit. Die 13 Junii 1682.

PANORMITANA. — Cum nonnullae ortae sint controversiae inter Panormitanae cathedralis Ecclesiae canonicos circa usum mitrae jam pridem eis concessum a fel. record. Clementis IX, juxta ejus diploma datum Romae octavo idus Augusti 1668 ; ideo ad statuendam perpetuo normam et modum, ubinam et quando illa uti imposterum eis liceret ; pro parte et ad instantiam Rmi D. archiepiscopi Panormitani, accedente etiam consensu capituli et canonicorum ejusdem Ecclesiae, supplicatum fuit, quatenus S. R. C. declarare dignaretur infrascripta tredecim dubia. Et eadem S. C. censuit et declaravit :

1. An toti capitulo uti liceat mitra, episcopo non celebrante, sed absente, aut etiam sede vacante ? Et S. C. respondit : Affirmative ad formam indulti.

2. An singulis canonicis extra Ecclesiam invitatis, non praesente toto capitulo, liceat uti mitra ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

3. An canonicus celebrans uti possit sandaliis, pulvino ad pedes, palmatoria, trina in fine missae benedictione, ac dignitates etiam baculo ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

4. An canonicus debeat incensari et manus abluere coopertus mitra, praesente sive absente archiepiscopo ? Et eadem S. C. respondit : Affirmative, si canonicus solemniter celebrat.

5. An canonicus celebrans debeat, dum archiepiscopus induitur vestibus sacris aut ascendat solium, stare coopertus mitra ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

6. An canonicus diaconus cantaturus evangelium, altero canonico celebrante, debeat et simul uti mitra ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

7. Casu quo diaconus mitra etiam uti debeat, an ipsi debeat elevare mitram idem minister qui presbytero, an alter et quonam tempore ? Et eadem S. C. respondit : Ex resolutione sexti, non indigere responsione.

8. An, qui ministrant mitram solemniter celebranti, uti debeant almutio ? Et eadem S. C. respondit : Ministrare mitram celebranti solemniter, spectare ad diaconum celebrantem.

9. An acolythus etiam debeat adhiberi ad tenendam mitram, isque cum oloserico velo ad collum pendente ? Et eadem S. C. respondit : Affirmative, in casu quo canonicus solemniter celebret.

10. An mitra debeat esse, uti hactenus, ex serico damasceno, an ex oloserico ormisinio cumque fregiis aureis ? Et eadem S. C. respondit : Ex tela.

11. An canonicus defunctus debeat in loculo efferri et tumulari cum mitra ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

12. An in funerali seu anniversario canonici defuncti, super tumulo ligneo erigi solito, debeat mitra superimponi ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

13. An ad sepulchrum canonici defuncti debeat ad tholum mitra suspendi ? Et eadem S. C. respondit : Negative.

Die 22 Aprilis 1684.

BAREN. — Pro parte Rmi archiepiscopi Baren. expositum fuit apud S. R. C. in supplici libello vulgari sermone, tenoris sequentis :

« Monsig. Ruffo, arcivescovo di Bari, umilmente espone all' E. V., che mentre vacava la sede arcivescovile, per la morte del suo antecessore, il priore di S. Niccolò della medesima città di Bari ha introdotto una novità con erigere nella detta chiesa di S. Niccolò il

trono con gradini e baldacchino, con sede vescovile di lama d'oro, più alta della sua stessa sede o trono arcivescovile, con codazza alla vescovile ; ma perchè ciò viene proibito dalli sacri canoni e particolarmente nella sede vacante, nella quale non si può fare alcuna novità in pregiudizio della giurisdizione vescovile ; pertanto supplica l'oratore umilmente l'EE. VV. a degnarsi di comandare che il suddetto trono posto dal priore sia levato, dando le facoltà opportune a detto Monsig. arcivescovo ad effetto che possa fare obbedire il priore al decreto dell'EE. VV. Che per altro, se il medesimo priore avrà alcuna pretenzione, potrà, dopo avere obbedito, dedurre le sue ragioni in questa Sacra Congregazione de' Riti. Che il tutto ecc. »

Et eadem S. C. respondit : Non licere, et archiepiscopo, qui cogat removeri, auctoritate S. C., etiam cum censuris ; et nuntio, qui assistat, quatenus opus sit. Die 17 Junii 1684.

CREMONEN. — In causa Cremonen. Pontificalium pro Rmo episcopo Cremonen. contra praepositum S. Agathae praedictae civitatis, et Pizzighitoni, ejusdem dioecesis, S. R. C. respondit et declaravit :

1. Circa baldacchinum pretiosum, non licere praeposito S. Agathae uti, nisi simplici, ad formam decreti Alexandri VII.

2. Circa candelas in altari, cum privatim celebrat, ad mentem Emi Ponentis, quae est : Posse tolerari usum quatuor candelarum.

3. Quod non possit se facere associare neque ante neque post celebrationem missae : posse, modo sit intra septa ecclesiae.

4. Non posse uti mitra pretiosa, et teneri baculum pastoralem cooperire velo albo ; et eidem non licere in processionibus extra suam ecclesiam et jurisdictionem faciendis, sibi facere deferre mitram baculumque pastoralem, juxta tenorem bullae Pii IV.

5. Non posse eundo per ecclesiam benedictionem impertiri.

6. Posse supellectilem suae ecclesiae benedicere, non autem aliarum ecclesiarum sibi subjectarum, nisi habeat indultum.

7. Non posse desumere paramenta ex altari, dum privatim celebrat.

Quo vero ad praepositum Pizzighitoni, censuit : Servandum esse decretum s. m. Alexandri VII, circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum, a S. R. C. emanatum die 27 Septembris 1659. Et ita decrevit et servari mandavit. Die 14 Junii 1687.

Le 2 juillet 1712 seulement, la Congrégation des Rites autorisa l'archiprêtre de Monza en Lombardie, à surmonter d'un dais son trône, chaque fois qu'il officie, mais en se conformant aux décrets

généraux d'Alexandre VII, sur l'usage des pontificaux des prélats inférieurs.

MEDIOLANEN. — Remissa a Sanctissimo Domino nostro Clemente papa XI, ad S. R. C. supplicatione capituli et cleri communitatis oppidi Modoetiae, dioecesis Mediolanensis, Sanctitati Suae enixe supplicantium pro indulto usus baldachini pro archipresbitero mitrato collegiatae ecclesiae Sancti Johannis Baptistae oppidi praedicti, dum pontificalia exercet, eodem modo quo se gerunt praepositi Picelconis et sanctae Agathae Cremonen., nec non Cotonei, Lauden. dioecesis, qui usum pontificalium habent ; Sacra eadem R. C., audita relatione vicarii capitularis civitatis Mediolani, respondit : Pro gratia, ad formam decretorum generalium s. m. Alexandri Papae VII, diei 27 Septembris 1659, editorum circa usum pontificalium praelatis episcopo inferioribus concessorum. Hac die 2 Julii 1712. G. card. Carpineus. (Frisi, t. II, p. 260.)

PISANA. — Cum praepositus et canonici insignis collegiatae Liburni, dioecesis Pisanae, exposuerint praepositum praedictum indulto utendi mitra et baculo aliisque insignibus pontificalibus auctoritate apostolica potiri et gaudere ; hinc ex parte eorumdem S. R. C. humillime supplicatum fuit, quatenus pro divini cultus incremento ac ejusdem ecclesiae decore, benigne impertiri dignaretur, ut ipsi in posterum, inter missarum solemnia, uno canonico assistenti pluviali induto uti possint. Et S. eadem R. C. facultatem petitam oratoribus, dummodo accedat expressus consensus Rev. archiepiscopi, posse concedi censuit, ita tamen, ut eorum praeposito, pontificalibus ornamentis insignito, canonicus cum pluviali ministret, canonicis autem non alter canonicus, sed unus ex ecclesiae ministris cum pluviali pariter inserviat, si SSmo Dom. Nostro visum fuerit. Die 20 Septembris 1738. Factaque deinde per me Secretarium de praedictis SSmo Dom. Nostro relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die 3 Octobris 1738.

URBINATEN. — Ad removendos nonnullos abusus, qui incoeperant in Ecclesia metropolitana Urbinaten. circa usum pontificalium aliarumque praerogativarum exercitium, quas dignitates et canonici ultra pontificii brevis s. m. Benedicti XIII limitationem sibi indebite arrogabant, ad S. R. C. judicium sequentia dubia hodiernus Reverendissimus archiepiscopus inter partes concordata, per Eminentissimum et Reverendissimum D. cardinalem Prosperum Columnam de Sciarra, decidenda proposuit, nempe :

1. An dignitates et canonici metropolitanae Ecclesiae Urbinaten. uti

possint annulo, cruce pectorali cum gemmis, caligis et sandaliis, chirothecis, praesertim auro ornatis in casu, etc. ? — Ad 1. Affirmative juxta modum : modus est quod in missis solemniter decantandis solus celebrans uti possit enuntiatis indumentis auro non ornatis, nec non annulo cum unica gemma, et cruce pectorali sine gemmis, et amplius.

2. An eaedem dignitates et canonici pontificaliter celebrantes uti queant faldistorio ? Et quatenus negative, quomodo sedere debeant ? — Ad 2. Negative, et sedere debeant in scamno cooperto tapete vel panno currentis coloris et amplius.

3. An faldistorium debeat esse coopertum holoserico coloris currentis seu simplici panno ? — Ad 3. Provisum in secundo, et amplius.

4. An uti valeant palmatoria seu bugia in pontificalibus, et an in missis lectis seu privatis ? — Ad 4. Negative et amplius.

5. An liceat eisdem in missa pontificali populum salutare dicendo *Pax vobis*, loco dicendi *Dominus vobiscum* ? — Ad 5. Negative et amplius.

6. An post missas, vesperas aut matutinum in pontificalibus celebratum, possint ipsi solemnem dare benedictionem dicendo *Sit nomen Domini benedictum*, etc., seu potius simplicem benedictionem tantum post missam dicendo : *Benedicat vos omnipotens Deus*, cum unico seu trino signo crucis ? — Ad 6. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam cum unico signo, et amplius.

7. An dignitates et canonici in missis aut vesperis pontificalibus celebratis, benedicendo populum cum Sanctissimo Eucharistiae sacramento, dare possint trinam benedictionem, vel unicam tantum dare debeant ? — Ad 7. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam cum unico signo et amplius.

8. An eaedem dignitates et canonici, induti mitra aliisque paramentis ad instar abbatum, etiamsi missas aut vesperas in pontificalibus non celebraverint, dare possent trinam benedictionem ? — Ad 8. Negative et amplius.

9. An possint pontificaliter celebrare missas in ecclesiis monialium, absque consensu archiepiscopi ? — Ad 9. Negative et amplius.

10. An in vestitionibus et velationibus monialium, factis de commissione archiepiscopi, uti possint mitra ? — Ad 10. Negative, et amplius.

11. An in metropolitana Ecclesia uti possint mitra, et pontificaliter celebrare in missis defunctorum ? — Ad 11. Negative, et amplius.

12. An in insigniis et armis suae familiae appositis vel apponendis in paramentis sacris aliisque rebus ecclesiam concernentibus, loco mitrae vel una cum ipsa pileum apponere valeant ? — Ad 12. Affirmative, quoad mitram tantum et amplius.

13. An dictae dignitates et canonici in processionibus SSmi Corporis Christi incedere possint, capite mitra cooperto? — Ad 13. Negative et amplius in omnibus. Die 29 Januarii 1752.

DECRETUM GENERALE. — Pluribus S. R. C. decretis, ac praesertim in Urbinaten. diei 29 Januarii 1702, cautum est ne dignitatibus et canonicis cathedralium Ecclesiarum, quamvis pontificalium privilegio honestatis, liceat adhibere palmatoriam tam in missis lectis et privatis quam in solemnibus et pontificalibus, quod potiori jure de coeteris quibuslibet ecclesiasticis functionibus in propria et in aliena ecclesia intelligendum est. Alias quoque et speciatim in una dubiorum die 10 Septembris 1750, in Capuana 15 Julii 1651 et in Panormitana 12 Martii 1678, eadem S. C. decrevit ut canonici, qui usu cappae et rochetti donati sunt, hisce aliisve sibi tributis honorum insignibus utantur dumtaxat in propria Ecclesia ; quod si privilegio polleant ea induendi etiam extra, nonnisi in supplicationibus aliisque ecclesiasticis functionibus, quibus capitulariter, non autem uti singuli intersunt, ea possint adhibere. Ast, cum adversus haec aliaque id genus S. C. decreta abusus haud mediocres irrepsisse dignoscantur, quemadmodum patet ex quaestionibus et dubiis quae saepenumero enodanda proponuntur ; idcirco EE. PP. eidem Congregationi praepositi, id impensissime connitentes, ut quae de S. R. et caeremoniis providentissime sancita sunt, sarta tecta serventur et si quae perperam atque ab eorum dispositione plane absona invaluerint, auferant : in ordinario conventu, habito sub infrascripta die, in responsis ad dub. III et ad II ex additionalibus in una dubiorum, de re utraque generale decretum, facto verbo cum SS., ferendum atque edendum esse censuerunt. Ideo declararunt :

1. In sacris functionibus, sive publicis sive privatis, non licere dignitatibus et canonicis, superioribus regularibus, praelatis quoque Romanae curiae, protonotariis apostolicis honorariis, aliisque omnibus, quocumque nomine nuncupentur, quibus ex jure non competit, etiamsi habeant ex indulto usum mitrae, palmatoriam adhibere, nisi apostolico privilegio donentur, vel hoc personale sit, vel corpori cujus membra sunt attributum, ita tamen ut non aliter eo uti possint quam servatis modo et forma, et cum limitationibus et conditionibus in apostolica concessione praescriptis.

2. Dignitatibus vero et canonicis, etiamsi gaudeant indulto deferendi cappam et rochettum, tam in propria quam in alienis ecclesiis, hujusmodi tamen aliorumque canonicalium insignium usum extra propriam ecclesiam licitum esse dumtaxat quando capitulariter incedunt vel assistunt, et peragunt sacras functiones ; non autem, si

intersint uti singuli, nisi speciale privilegium, nedum collegium comprehendat, verum etiam singulariter et distincte ad personas extendatur.

Et ita declaravit, decrevit et servari mandavit, si SS. videbitur, die 31 Maii 1817. Facta autem relatione, etc., per secretarium S. R. C. de praemissis S. D. N. Pio VII pont. max., Sanctitas Sua S. C. decretum, apostolica confirmatione munitum, typis tradi ac evulgari jussit, pridie nonas Junii 1817.

INCERTI LOCI. — An canonici cathedralis, de qua supra, uti possint palmatoria in celebratione missae, etiam quando celebrant extra cathedralem? Similiter in aliis functionibus ecclesiasticis, vesperis, benedictionibus, etc., saltem ex praetextu obscuritatis in aliquibus casibus? — S. R. C. resp. : Negative in omnibus, nisi habeatur indultum apostolicum de quo certioretur S. C. et detur decretum generale. 4 Junii 1817.

BAREN. — Alias jam dignitates et canonici metropolitanae Baren., ad incrementum divini cultus et ad majorem dignitatem et decorem sacrarum functionum, fuerunt per summos pontifices specialibus externorum insignium privilegiis decorati. Nuperrime vero Sanctissimus D. N. Pius VII P. M., efflagitante Rev. archiepiscopo, amplificationem eisdem concessit dictorum privilegiorum. Sed cum late pateant S. R. leges et hujus S. C. decreta, fines illos designantes, quibus incessus cleri, quibuscumque privilegiis decorati et ecclesiasticae per eumdem agendae functiones sint moderandae, praefatus Rev. archiepiscopus, ne forte ex usu et exercitio praefatorum indultorum, ipsi limites apostolicarum concessionum praetergrediantur, Emin. PP. sacris tuendis ritibus praepositis sequentia dubia definienda proposuit :

1. Quid permissum, quid vetitum sit dignitatibus et canonicis, qui ex apostolica concessione, tam in civitate quam in dioecesi, absente etiam pro tempore existente archiepiscopo, in missis, vesperis, laudibus et horis canonicis solemniter decantandis, ac etiam in processionibus sive supplicationibus, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum et fontis baptismalis, ac reliquis ecclesiasticis functionibus, pontificalibus insigniis aliisque indumentis et paramentis, in omnibus et per omnia ad instar aliorum capitulorum et canonicorum, qui eodem fruuntur speciali apostolico indulto, uti licite et libere valeant?

2. An pileolo uti possint canonici assistentes episcopo in functionibus ecclesiasticis, tam in altari quam in cathedra episcopali?

3. An liceat canonicis usus pulvinaris sub genubus, etiam praesente episcopo, in functionibus ecclesiasticis ?

4. An canonici, qui ex speciali privilegio uti possunt mitra aurophrygiata, uti etiam possint mitra argentea tela contexta et listata ex auro ?

Et EE. PP. S. eidem C. praepositi respondendum censuerunt, ut infra, videlicet :

Ad 1. Jam alias fuisse decisum quid permissum, quid vetitum sit dignitatibus et canonicis, qui apostolico gaudent privilegio, prout in dubio expressum est; et dentur decreta in Panormitana 22 Aprilis 1684 et Urbinaten. 29 Januarii 1752.

Ad 2. Negative ad primam partem et quoad secundam affirmative, dummodo non ministrent.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Negative et in omnibus ad mentem. Mens est quod videatur particulariter de privilegiis competentibus canonicis, quibus concessa sunt insignia pontificalia ad effectum edendi generale decretum. Die 20 Aprilis 1822.

DECRETUM. — Ex romanorum pontificum indulgentia, certa quaedam illustria honoris insignia collegiis canonicorum vel a priscis temporibus adtribui consuevere, quibus et ordinis majestas commendaretur magis, et ipsa sacrorum procuratio splendidiori apparatu ad populorum animos in divinae rei venerationem impensius comparandos effulgeret. Ast cum ea sit rerum humanarum conditio, ut quae providentissime constituta primum fuere, pravo deinceps usu atque a concedentium voluntate plane absono, infeliciter pervertantur, id et de canonicalibus privilegiis ut plurimum contingere ; graves undique invalescunt quaerelae hominum, et auctoritate et sapientia praestantium. Nedum enim modus pontificio diplomate praestitutus violari conspicitur, sed id crebro honoris ac privilegii usurpari, nulla habita locorum, actuum personarumque ratione, quod ex primoribus ex ecclesiastica hierarchia datum dignoscitur.

Tanto huic malo convellendo haud semel adlaboravit S. R. C., quae ad rectam rerum sacrarum actionem ordinandam est praeposita ; atque idcirco, quod praecipuum abusuum id genus caput est, privilegium pontificalium collegiis canonicorum insignioribus libenter collatum, statis quibusdam conditionibus moderandum curavit, praesertim in Panormitana die 22 Aprilis 1684, et in Urbinaten. die 29 Januarii 1752.

Novis tamen et deterioribus adhuc percrebescentibus adversus haec instituta consuetudinibus, nonnullisque dubiis nuper delatis

super usu pontificalium in metropolitana Ecclesia Baren., placuit Sanctissimo Domino Nostro Pio papae septimo rem universam eidem S. C. discutiendam demandare ; quae, exquisita prius sententia S. C. caeremonialis secretarii itemque Sedis Apostolicae caeremoniarum magistri, cunctisque rationum momentis accurate diligenterque perpensis, edendum censuit decretum, quo pontificalium privilegia declarentur certisque legibus ad ritualium praescriptionum normam coërceantur. Ejus porro decreti articuli sunt, qui sequuntur :

1. Sacra peragere ritu pontificali de jure inhaeret dumtaxat episcopali dignitati.

2. Praelati episcopo inferiores pontificaliter celebrant ex privilegio, sed ornatu moderatiori, statutis tantum diebus, in propriis ecclesiis ab episcopali jurisdictione exemptis, et tenentur in reliquis omnibus adamussim servare generalia decreta Alexandri VII, a Benedicto XIV confirmata.

3. In ecclesiis non exemptis vetantur iidem pontificalia exercere, etiamsi intercedat expressa Ordinarii loci licentia.

4. Dignitates, canonici, rectores ecclesiarum quocumque nomine insignium, prohibentur ritus et caeremonias pro episcopis et praelatis inferioribus designatas in sacris peragendis adhibere, aut ornatum aliquem pontificalem induere absque speciali Apostolicae Sedis privilegio.

5. Quodcumque privilegium ad augendum insignium quarumdam ecclesiarum splendorem ab Apostolica Sede dignitatibus, canonicis, rectoribus, aut alio quocumque nomine nuncupatis concessum, utpote laesivum dignitati episcopali, de jure strictissime est interpretandum. Quamobrem nil aliud concessum intelligendum est, nisi illud quod est speciatim expressum, neque ex indulto uno alterove privilegio trahi potest consequentia ad alia quae singillatim descripta non fuerint.

6. Nec tamen, posito privilegio, omnia omnibus aeque competunt, sed discrimine est opus inter celebrantem et assistentes cum insigniis pontificalibus.

7. Nam celebranti quaedam competere possunt pontificalia insignia; non item assistentibus, dum dignitates, canonici, rectores, etc., sacra sumere debent indumenta.

8. Sub generico ornamentorum pontificalium nomine, quae ex privilegio Apostolica Sedes insignioribus capitulis quandoque concedit, intelliguntur dumtaxat, ex pluries decisis a S. C., caligae, sandalia, nec auro nec argento ornata, sericae item chirothecae, dalmatica, tunicella, annulus cum unica gemma, crux pectoralis sine gemma, mitra simplex ex tela alba cum sericis laciniis rubei coloris.

9. Hisce omnibus uti poterit solummodo dignitas aut rector solemniter celebrans, nisi forte privilegium non omnia haec, sed aliqua dumtaxat insignia permittat.

10. Qui vero in missa solemni diaconum et subdiaconum agunt, etiamsi sint dignitates, canonici, etc., nec mitram, nec ullum aliud pontificale indumentum, nec palmatoriam, si illius privilegio polleant, ad evangelium et ad epistolam adhibere poterunt.

11. Dignitatibus, canonicis, rectoribus, etc., missam cum insigniis pontificalibus solemniter celebrare liceat, iis dumtaxat diebus in quibus celebrant vice episcopi absentis, vel impediti, vel vita functi, aut in quibus episcopus assistit vel assistere deberet cum pluviali et mitra; in reliquis diebus, etiamsi solemnibus, celebrant more solito.

12. In ecclesiis civitatis et dioecesis cum insigniis pontificalibus celebrare ipsis non liceat, nisi in majoribus solemnitatibus, assentiente episcopo et assistente capitulo.

13. Numquam vero iisdem utantur in missis pro defunctis, licet episcopus assistat cum pluviali et mitra, sed celebrent more solito.

14. Si dignitas vel canonicus, etc., ab episcopo designetur pro admittenda aliqua puella ad religiosum habitum, vel novitia, expleto tyrocinio, ad solemnem professionem, pontificalibus insigniis uti nequeat, nisi de expressa licentia, qua obtenta, iis tantummodo utatur quae actioni conveniunt.

15. Cum pontificalibus indumentis celebrans, nec faldistorio uti potest, sed sedere debet in scamno cooperto tapete vel panno coloris qui officio diei respondeat.

16. Nequit praeterea, tam in solemni quàm in missa privata, sacras vestes sumere ex altari, uti canone, palmatoria, presbytero assistente, salutare populum cum ℣. *Pax vobis*, loco ℣. *Dominus vobiscum*, aut trinam dare benedictionem post missam vel cum sacramento; etsi quae sunt alia quae solis competunt de jure episcopis, et ex privilegio praelatis inferioribus, dum his pontificalia peragere, statis diebus, concessum est.

17. Dignitates, canonici, rectores, etc., quando parati assistunt episcopo pontificaliter celebranti, mitram solummodo adhibere possunt, quam pariter deferre poterunt sacris indumentis, videlicet pluviali, casula vel dalmatica amicti, in processionibus Sanctissimi Corporis Christi, benedictionibus candelarum, cinerum, palmarum, etiamsi has functiones peragat dignitas vel canonicus, loco et vice episcopi absentis, impediti aut vita functi.

18. Assistentes episcopo, tam in altari quam in cathedra, quando ministrant aut cum eo operantur, stare debent, detectis capitibus.

19. Solemniter celebrantes, dum episcopus sacra assumit indumenta aut solium ascendit, stent sine mitra.

20. Non licet eis uti pulvino sub genubus, episcopo praesertim assistente.

21. Non adhibeatur acolythus ad tenendam mitram cum holoserico velo e collo pendente, nisi pro dignitate, canonico, rectore, etc., solemniter celebrante vel sacramentum in processionibus deferente.

22. Dignitates, canonici, rectores in processione Sanctissimi Corporis Christi, sacris indumentis amicti, mitram manu deferant, nec eadem caput operiant.

23. Praeterea reliqua omnia, quae non sunt privilegio expressa, ut vetita censeri debent.

24. In missis privatis, quoad indumenta, caeremonias, ministros, altaris ornatum, a simplicibus sacerdotibus non differant : sumant proinde sacras vestes in secretario, non utantur cruce pectorali, unico ministro contenti sint, non sibi velint aquam ministrari cum pelvi et urceolo, et duo tantum candelae luceant in altari.

25. Defuncti nequeunt in loculo efferri nec tumulari cum mitra.

26. In eorumdem funeribus seu anniversariis super tumulo erigi solito, non apponatur mitra.

27. In insigniis seu stemmatibus familiae mitra non apponatur, nisi solo in casu quo expresse concessum sit in literis apostolicis.

28. Quod si super praemissis aliquod exoriatur dubium, hoc ad S. C. deferatur, quae pro qualitate dubii providebit.

Si quae vero capitula amplioribus ac praeter hujusce decreti instituta privilegiis se aucta fuisse arbitrentur, peculiaria haec jura in S. C. perpendenda deducant, ut, quod e canonicarum sanctionum praescripto visum fuerit, opportune decernatur.

De quibus omnibus facta per S. R. C. secretarium relatione Sanctissimo Domino Nostro, eadem Sanctitas Sua cuncta in hoc decreto sancita benigne adprobavit, atque in actis S. R. C. referri, nec non literas apostolicas sub plumbo de eodem mandavit. Hac die 27 Augusti 1822.

Sequitur constitutio Sanctissimi D. N. Pii PP. VII, qua confirmantur praefata decreta.

PIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI. — *Ad perpetuam rei memoriam.*

Decet romanos pontifices pro impensa ipsorum in Ecclesiae bonum solicitudine maximopere adniti, ut, quae per eos identidem decernuntur privilegia, praestitutis legibus apprime contineantur, ne vitio illorum, quibus ea delata sunt, rectum inde ordinem perturbari

aliorumque jura laedi contingat. Sapienti proinde consilio praedecessoribus nostris visum est, re prius per C. S. R. praepositam, discussa, opportune praefinire quidnam juris induant mitrae ac pontificalium usus, aliaque id genus insignia, quibus placuit Apostolicae Sedi abbates praelatosque nonnullos episcopo inferiores et quaedam canonicorum collegia honestare. Ita sane felicis recordationis Alexander VII, praedecessor noster, habita coram se S. R. C. die XXVII Septembris an. MDCLIX, decretum sancivit, quo leges traduntur de usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus tributo : itemque felicis pariter recordationis Benedictus XIV constitutionem, quae incipit *In throno justitiae*, edidit XIII Kal. Martii an. MDCCLII, ad decreta adprobanda quae eadem Congregatio vulgaverat de privilegio pontificalium, quo Urbinatense capitulum haud ita pridem auctum fuerat.

Haec vero aliaque in eam rem data decreta ex ipso temporum lapsu, quandoque etiam ex eorumdem ignoratione sua interdum executione carere, multaque ab ipsorum praescriptionibus plane absona percrebescere dolendum est, quibus in rei sacrae perniciem converti conspiciuntur, quae ab Apostolicae Sedis indulgentia ad cultum religionemque in sacrorum tractatione ipso etiam ornatuum splendore liberaliter obvenere. Crebrae idcirco et graves quaerelae perlatae ad nos sunt, ut et episcopalis ordinis majestati consulamus adversus eos, qui ex communione, quam obtrudunt, privilegiorum cuncta pene, quibus episcopalis dignitas splendescit, sibi adtributa arbitrantur, et accuratam S. R. observantiam vindicemus, quos talium concessionum praetextu impune perstringi admonemur.

Ne itaque usus hujusmodi inordinatus privilegiorum diuturnitate temporis convalesceret, occurrere tanto huic malo decrevimus, id adhibentes remedii quod expostulationes illae, quarum aequitatem probe noveramus, efflagitabant ; neque remittendam duximus occasionem, quam ex dubiis nuper propositis de usu pontificalium in metropolitana Barensi nacti eramus, ad praestitutas de eo regulas iterum injungendas. Quare, cum rationem rei universam memoratae R. C. perpendendam demandaverimus, decretum ab eadem prolatum est die 27 Augusti anni proxime praeteriti, quod hic adjungimus, videlicet : *Ex romanorum pontificum indulgentia*, etc.

Hujus decreti tenorem omittimus, quia supra habetur.

Hoc porro decretum ac rationum momenta caeterasque S. Sedis praescriptiones, quibus illud fulcitur, diligenter consideravimus, cumque experientia edoceamur ex minus recto privilegiorum hujusmodi usu, plura incommoda redundare, ac praesertim haud parum detrahi splendori episcopalis dignitatis, quam sartam ubique ac tectam nostri est muneris protueri, idem decretum, ut illius dispositio

firmius subsistat atque accuratius observetur ab omnibus, auctoritate apostolica, tenore praesentium adprobamus et confirmamus, eique perpetuae inviolabilisque firmitatis robur, vim et efficaciam adjicimus, illudque ab iis omnibus et singulis ad quos spectat et quomodolibet spectabit in futurum, firmiter et inviolabiliter observari et adimpleri, nec ab illius observantia et adimplemento ullo unquam tempore recedi debere mandamus.

Praeterea hisce nostris apostolicis literis ea iterum ad observationem revocari volumus, ac, quatenus opus sit, denuo adprobamus et sancimus, quae per praedecessores nostros, ac praesertim per felicis recordationis Alexandrum VII, in memorato decreto diei 27 Septembris 1659, illiusque declaratione edita sub die 20 Julii 1660, necnon per fel. recor. Benedictum XIV, sua constitutione quae incipit *In throno justitiae*, atque alias per S. R. C. praescripta fuerunt de usu pontificalium praelatis episcopo inferioribus et canonicis attributo.

Quocirca venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis et episcopis aliisque locorum ordinariis per apostolica scripta mandamus, ut praesentes nostras literas atque omnia et singula in eis statuta faciant auctoritate nostra debitae executioni demandari illasque inviolabiliter observari, contradictores et inobedientes quoslibet per opportuna juris et facti remedia, appellatione postposita, compescendo.

Praesentes autem literas semper et perpetuo validas et efficaces existere et fore, ac nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, aut in jus vel controversiam vocari, nec sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus per nos et Sedem Apostolicam praedictam sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiam motu proprio factis et faciendis, comprehendi vel confundi, sed semper ab illis excipi et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas et plenarie reintegratas fore et esse suosque plenarios effectus sortiri et obtinere.

Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac praefatae S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, vice-legatos, dictaeque sedis nuncios judicari et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Non obstantibus quibusvis editis vel edendis specialibus vel gene-

ralibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis, et quatenus opus sit, ecclesiarum, quarum capitulis pontificalia insignia concessa reperiuntur, etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, quibusvis personis in genere vel in specie, aut alias in contrarium praemissorum quomodolibet forsan concessis, confirmatis et innovatis, quibus omnibus et singulis, etiamsi de illis specialis, specifica et expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores praesentibus pro plene et sufficienter expressis et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, latissime et plenissime, ac specialiter et expresse, necnon opportune et valide ad praemissorum validissimum effectum, ac vice dumtaxat harum quoque serie derogamus caeterisque contrariis quibuscumque.

Volumus autem, ut praesentium transumptis seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis et sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae adhiberetur ipsis praesentibus, si forent exhibitae vel ostensae.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae adprobationis, commissionis, decreti, mandati, derogationis et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo octingentesimo vigesimo tertio, quarto nonas Julias, pontificatus nostri anno vigesimo quarto.

H. cardinalis Consalvus. — A. Benigni, sub-dat. — *Visa de Curia* : *D.* Testa. — Loco ✠ plumbi. — F. Lavizzarius.

RAVENNATEN. — Dum summus pontifex s. m. Pius VII ad privilegia, quibus nonnulla canonicorum collegia cohonestata fuere, praestitutis legibus continenda IV nonas Julii anni 1823, apostolicam edidit constitutionem, ut S. R. C. decreto diei 27 Augusti 1822, super declaratione usus pontificalium robur ac firmitas accederet, Reverendissimus archiepiscopus Ravennas, Antonius Codronchi, qui nuper fato cessit, universum eorumdem usum dignitatibus et canonicis suae metropolitanae Ecclesiae ratus est inhibere, donec peculiaria sua jura, juxta recensiti decreti placitum, in S. eadem C. perpendenda deducerent. Etsi vero horum studium in id potissimum contenderet, ut quam citissime hujuscemodi negotium sacri consessus judicio expen-

deretur, ne sacrae functiones consueto nitidiori nobiliorique aspectu ac decentia fraudarentur, vicissitudines tamen etiam incendii, queis capituli tabularium saepe laboravit, rem omnem ad novissimum ordinarium coetum distulere, qui ad Vaticanum pridie nonas Maii hujus anni coactus fuit. Expensis privilegiorum momentis in authenticis apographis et autographis desumptis numero adscriptorum, Eminentissimi Patres S. R. tuendis praepositi unanimi in voto fuere, expectandum esse novum archiepiscopum. Divina protegente gratia, ipsam Ravennatem Ecclesiam, quae, ex testimonio Innocentii papae III, quasi primogenita est Apostolicae Sedis, novo illo excitato archipraesule summi pastoris judicio dignitati huic pari invento, extemplo capitulum metropolitanae Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII pont. max. humillime supplicavit, ut de plenitudine potestatis, vel Eminentissimo card. Falxacappa ponenti, vel R. P. secretario, accedente informatione et voto Rev. archiepiscopi, in curia causam hanc discutiendam committere dignaretur. Sanctitas Sua, precibus benigne inclinata, sub die 20 Septembris hujus anni, C. particularem statuit, designavitque Emin. praefectum de Somalia laudatumque ponentem, qui una cum R. P. Pescetelli, S. Fidei promotore, R. D. Frattini, ipsius S. C. assessore coadjutore, et S. C. secretario super re decernerent. Octavo die, scilicet IV kal. Octobris coadunata penes Emin. card. Praef. particulari hac C., audito voto Rev. archiepiscopi in curia scriptis pandito, iterum expensis allatis rationum momentis collatisque consiliis, unanimi voto statuendum decrevit :

Quoad palmatoriam, affirmative, juxta privilegium et laudabilem consuetudinem, nempe ea uti possint dignitates et canonici metropolitanae Ravennatium in civitate universaque dioecesi in omnibus ecclesiasticis functionibus, dummodo aliquis non assistat ex S. R. E. cardinalibus vel archiepiscopus.

Quoad mitram serico-damascenam, affirmative, dummodo dissimilis sit in textura ab illa Reverendissimorum cardinalium et quoad processionem Sanctissimi Corporis Christi serventur strictim decreta in Anicien. 13 Junii 1682 et in Urbinaten. 29 Januarii 1752 ; in reliquis servetur decretum archiepiscopi Farsetti die 24 Decembris 1727 ac 2 Januarii 1728, atque expediantur literae apostolicae in forma brevis, si Sanctissimo Domino Nostro placuerit.

Quibus omnibus per S. R. C. secretarium, Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII pont. max. relatis, Sanctitas Sua particularis hujus C. sensum et decretum adprobavit et confirmavit ; idque in metropolitana Ravennatium Ecclesia, ac per civitatem et dioecesim servari jussit, literasque apostolicas in forma brevis super re expediri mandavit. Die 4 Octobris 1826.

IMOLEN. — Inter Ecclesias, quae singularibus cohonestatae insigniis et pontificalium usu donatae sunt, Imolensis adnumeratur, quae ab s. m. Pio VII variis privilegiis clementer peramanterque fuit insignita per literas Apostolicas in forma brevis expeditas V idus Maii 1816. Quoniam autem tum decreto S. R. C. edito VI kalendas Septembris anni 1822, tum ejusdem summi pontificis constitutione lata IV nonas Julias anni 1823, declaratum fuit § 28 quod in dubiis super hujusmodi concessionibus Sacra haec adiretur Congregatio ac si quae capitula amplioribus, praeter ea quae enunciato in decreto recensentur, privilegiis se aucta fuisse arbitrarentur, peculiaria sua haec jura ad ipsam Congregationem perpendenda deducerent ; extemplo Imolensis cathedralis capitulum, recensitis decreto et constitutioni reverenter obtemperans, ab ampliorum privilegiorum usu omnino se abstinuit ; arreptaque occasione, supplicem S. R. C. exhibuit libellum una cum brevi concessionis, quod quid ipsi in usu privilegiorum liceret opportune decerneretur.

Et Emin. PP. sacris tuendis ritibus praepositi in ordinario coetu ad Vaticanum coacto, sub infrascripta die, rescribendum censuerunt : In voto magistri caeremoniarum ad formam privilegii, licere nimirum capitulo Imolensi uti pontificalibus in omnibus ad formam literarum apostolicarum in forma brevis expeditarum. Et ita rescripserunt. Die 16 Septembris 1826.

Super quibus omnibus et singulis facta postmodum Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII P. M. per S. R. C. secretarium relatione, Sanctitas Sua R. C. rescriptum in omnibus adprobavit et confirmavit. Die 20 supradicti mensis et anni.

FAVENTINA. — La bulle de création de la collégiale de Bagnacavallo, donnée par Benoît XIV et commençant par ces mots : *Illius incomprehensibili bonitate*, accorde à l'archiprêtre la faculté d'officier pontificalement aux jours suivants : In Nativitatis et Circumcisionis D. N. J. C. et Epiphaniae, necnon Paschatis Resurrectionis Dominicae et Pentecostes, Corporis Christi, et Assumptionis B. M. V., et Dedicationis, S. Michaëlis Archangeli festis diebus, tantum a primis vesperis usque ad occasum solis festorum dierum hujusmodi... quibuscumque ipse inibi, *cioè nella chiesa arcipretale di S. Michele*, diebus festis hinc tantum in pontificalibus celebrabit, benedictionem solemnem post missam et vesperarum ac matutinorum et aliorum divinorum officiorum celebrationem supra populum inibi tunc existentem elargiri.

L'archiprêtre peut-il officier pontificalement le samedi saint au matin, suivant cette déclaration de la Congrégation du Concile, du

9 juillet 1785 : *Paschalis solemnitas exorditur a missa sabbati sancti ?* Relatae autem hujusmodi preces in audientia diei 27 Martii 1827, eidem Sanctissimo Dom. Nostro per secretarium S. R. C., Sanctitas Sua rescribendum jussit : Recurrat ad S. R. C. Proposita igitur instantia, responsum fuit : Servetur stricte privilegium Benedicti XIV, ideoque excluso pontificale sabbati sancti. Die 27 Septembris 1827.

IMOLEN. — Capitulorum et collegiatarum postulationibus non semel annuentes, Romani Pontifices vel ab vetustissimis temporibus nonnulla honoris atque distinctionis insignia peculiari de caussa concedere consueverunt. Percrescentes vero hac super re abusus, qui forte temporis diuturnitate irrepserunt, penitus convellere curarunt, idque factum conspicitur veteribus aeque ac recentioribus aetatibus. Hinc generale editum est decretum anno 1822, quo statuitur quid per concessa privilegia intelligatur, quid a canonicis adhiberi possit, quid ipsis sive privatim, sive solemniter permissum sit, quidque tanquam vetitum sit habendum. Quae in memorato decreto expressa reperiuntur peculiari constitutione, quae incipit *Decet romanos pontifices*, subsequenti anno 1823 sunt confirmata. Huic igitur obtemperantes constitutioni, cathedralis Ecclesiae Imolensis canonici S. C. R. adierunt duobus abhinc annis, scilicet die 16 Decembris anni 1826, preces porrigentes una cum brevi concessionis, quo quid ipsis in usu privilegiorum liceret, opportune decerneretur.

Nunc autem iterum supplicem libellum dedere S. R. C. dignitates et canonici laudatae Imolensis cathedralis, quo ut pontificalium privilegiis, quibus ad formam litterarum apostolicarum gaudent, quaedam alia dignetur clementer addere, humillime expostularunt. Primum scilicet, ut ipsis et ipsorum cuique quotidianus argenteae palmatoriae usus concedatur, tum extra pontificalia in propria Ecclesia, tum quacumque in Imolensis civitatis ecclesia, in qua sive privatim sive solemniter sacras functiones sacrumque eos peragere contigerit. Secundo ut ipsorum omnibus et singulis pectoralem crucem quotidie gestandi detur facultas.

Et S. eadem C. respondendum censuit : Quoad crucem, negative ; quoad palmatoriam affirmative, juxta votum magistri caeremoniarum, dummodo non sit praesens episcopus metropolitanus, nuncius, legatus S. R. E. cardinalis. Die 27 Septembris 1828.

Facta autem per S. C. secretarium de praemissis Sanctissimo Domino Nostro Leoni XII pontifici maximo relatione, Sanctitas Sua S. C. sensum laudavit confirmavitque in omnibus. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die prima Octobris 1828.

BAREN. — Honoris insignia et ea potissimum quae ad divinum cultum, sacrae rei decorem et sacerdotum dignitatem promovendam amplificandamque maxime conferebant, a summis pontificibus larga manu nonnullis ecclesiis attributa, propter innumero, qui irrepserant, abusu, sa. me. Pius VII, constitutione quae incipit *Decet romanos pontifices*, ea omnia in universum certis limitibus ita cohibuit, ut singulis canonicorum capitulis, quae amplioribus privilegiis se aucta fuisse arbitrarentur, peculiaria sua jura in S. R. C. deducendi potestatem adjecerit, ut quod a canonicarum sanctionum praescripto declinare visum esset, opportune decerneretur. Eapropter et Barensis metropolitana Ecclesia quae sibi fuerant diversis temporibus ab hac Sancta Apostolica Sede indulta, illico deposuit. Quum autem penes populum mutatio isthaec admirationem dissensionemque conciliaret, modernus Rev. archiepiscopus, dum ab Ecclesia Cathacensi ad Barensem metropolitanam esset evectus, ab sa. me. Leone XII oretenus impetravit, ut suae cathedralis canonici in usu omnium privilegiorum, sicuti ante memoratam constitutionem, libere perseverarent. Illi itaque canonici licite plenissimoque jure pontificalibus privilegiis hodie utuntur. Cupientes vero recensitae constitutionis praescriptum non declinare, praefataeque novae concessionis authenticum in archivio futuris temporibus successoribusque canonicis monumentum asservare, S. R. C. supplices enixasque porrexit preces tam idem Rev. Baren. archiepiscopus quam metropolitanae capitulum, postulantes privilegiorum omnium legitimam confirmationem.

S. autem C., ad Vaticanum in ordinario coetu sub infrascripta die coadunata, omnibus mature perpensis consideratisque allatis documentis, rescribendum censuit : Pro gratia confirmationis, excepta mitra auro contexta et ad Dominum secretarium cum Sanctissimo. Die 10 Decembris 1828.

BAREN. — Quamvis per decretum diei 19 Decembris superioris anni 1829 a S. R. C. prolatum, atque a SS. Domino Nostro Pio VIII Pontifice Maximo sub die 23 recensiti mensis et anni confirmatum, privilegia omnia capitulo metropolitanae Barensis diversis temporibus a summis pontificibus concessa sarta tecta fuissent; quum tamen exceptio in eodem inserta quoad mitram auro contextam aliquid impedimenti et capitulo et privilegiis ipsis afferre videretur, quoniam ejusdem capituli canonici amplioribus privilegiis et gratiis se aucti fuisse arbitrentur, propterea exhibitis denuo apostolicis litteris sub forma brevis expeditis a sa. me. Pio papa VII sub die 18 Novembris 1819, ab eadem S. R. C. expostularunt usum mitrae auro contextae, seu filo se-

rico flavo aurea lamella intextae, ac ormisino etiam serico ejusdem flavi coloris subsutae sibi non esse denegandum.

S. C., ad Quirinale in ordinario coetu sub infrascripta die coadunata, ad relationem Em. et Rev. D. card. Petri Francisci Galeffi ponentis, juribus de novo productis ad tramites constitutionis *Decet romanos pontifices* ejusdem Pii papae VII attente diligenterque libratis, consideratisque allatis documentis ac praesertim informatione et voto Rev. Baren. archiepiscopi, rescribendum censuit : Ad mentem. Et mens est ut solus celebrans utatur mitra ad formam concessionis sa. me. Pii papae VII, absente episcopo. Atque ita decrevit et servari mandavit, die 17 Julii 1830.

Super quibus omnibus facta postmodum SS. Domino Nostro Pio papae VIII, pontifici maximo, per S. R. C. secretarium relatione, Sanctitas Sua S. C. rescriptum in omnibus adprobavit et confirmavit. Die 22 recensit. mensis et anni.

SANCTI SEVERI. — Capitulum cathedralis sancti Severi S. R. C. humillime exposuit : Quum ab sa. me. Pio papa VII canonicis, quibus concedatur usus pontificalium, uti ex brevi eruitur, concedatur et usus annuli, quaeritur an eodem annulo uti debeant, etiam dum celebrant vel pontificalibus assistunt? Si praeter hos casus adhibere valeant annulum cum gemmis ? Tandem an id quod statuitur pro canonicis, servari etiam debeat pro aliis qui canonicali dignitate non cohonestantur, uti sunt parochi ? Et S. eadem C. respondendum censuit : Exhibeat exemplar authenticum litterarum apostolicarum in forma brevis sa. me. Pii papae VII. Die 23 Maii 1835.

BAREN. — 1. An in collegiata S. Nicolai canonico solemniter celebranti liceat assumere beneficiatum, qui officio fungatur presbyteri assistentis cum pluviali, palmatoriam deferendo ?

2. Utrum canonici mitrae et crucis pectoralis privilegium habentes, uti possint etiam faldistorio, chirothecis, dalmaticis, sandaliis, palmatoria, gremiali, baculo sine velo pendente, dum solemniter celebrant ?

Et Eminentissimi ac Rev. Patres sacris tuendis ritibus praepositi respondendum censuerunt : Ad 1. Negative in casu. Ad 2. Strictim standum privilegio. Die 3 Augusti 1839.

BENEVENTANA. — Abbas venerabilis ecclesiae collegiatae Sancti Spiritus in civitate Beneventana, qui primam illius collegii didignitatem obtinet, inter alios honores quibus decoratur, gaudet etiam privilegiis quae a sa. me. Benedicto papa XIII per suas apostolicas litteras in forma brevis datas septimo kalendas Octobris de

anno 1721 concessa fuerunt abbati pro tempore collegiatae ipsius ecclesiae, ac proinde tam intra propriam ecclesiam quam in civitate et dioecesi Beneventana in processionibus aliisque ecclesiasticis functionibus et divinis officiis utitur mitra, baculo pastorali aliisque pontificalibus insigniis. Quae singula dum advertit Emin. et Rev. Dom. cardinalis Dominicus Caraffa-Trajetto, archiepiscopus Beneventanus, illico deprehendit hac singula memorato abbati competere vigore earumdem litterarum, ac licite et libere ipsum exercuisse et gestasse quae ab Apostolica hac Sancta Sede donata fuere : verum quum dubitet decursu temporis hujusmodi concessiones vel revocatas vel saltem coarctatas fuisse, hinc pastoralis sui muneris esse duxit sequentia dubia proponere S. R. C., ut singula juxta praeferitas regulas procedant :

1. An abbas memoratae collegiatae ecclesiae, gaudens usu mitrae, baculi pastoralis aliorumque pontificalium insignium, uti possit mitra auriphrygiata et baculo episcopali, vel potius alterius formae et ab illo distincto ?

2. An frui possit hujusmodi privilegio pontificalium intra suam ecclesiam tantum, vel potius in omnibus ecclesiis civitatis et dioecesis ?

3. An induere possit, deferre et gestare mitram, baculum pastoralem aliaque insignia pontificalia, interveniens processionibus aliisque divinis officiis et functionibus ecclesiasticis queis archiepiscopus intervenit ?

4. An absente archiepiscopo, sed interveniente capitulo metropolitanae, quod privilegio pontificalium gaudet, processionibus aliisque ecclesiasticis functionibus ac divinis officiis possit abbas Sancti Spiritus gestare mitram et pastoralem, an mitram tantum ?

Et S. eadem C. rescribendum censuit :

Ad 1. Negative, sed mitram tantum ex tela simplici et baculo abbatiali cum velo.

Ad 2. In propria ecclesia tantum assignatisque diebus juxta constitutionem sa. me. Pii papae VII *Decet romanos pontifices.*

Ad 3. Negative in omnibus.

Ad 4. Negative. Die 27 Februarii 1847.

FAVENTINA. — Benedictus XIV fel. rec. anno 1741, bulla quae incipit *Illius incomprehensibili bonitate*, ecclesiam sancti Michaëlis archangeli civitatis Tiberiaci, Faventinae dioeceseos, in insignem collegiatam, quae parochialis ut antea extiterat, erexit, ac in ea archipresbyteratum instituit, qui prima esset ecclesiae dignitas et tanquam episcopi in eadem haberetur, idemque amplissimis ac prope singula-

ribus gauderet privilegiis. Inter quae specialem merentur mentionem indumentum praelatitium nigri coloris cum mantelletto et rochetto, pontificalium usus praefinitis diebus, facultates pro quibusdam benedictionibus, ex quibus nonnullae etiam sacri olei unctionem requirunt. Pius vero VII, anno 1800, in bulla quae incipit *Operosa christifidelium pietas*, alteram in eadem collegiata ecclesia dignitatem instituit, praepositur am scilicet, novoque praeposito honores omnes concessit quibus tunc temporis archipresbyter fruebatur, excepto pontificalium usu. Quae praepositura, ob exortas hoc ineunte saeculo vicissitudines extincta, a Gregorio XVI sa. me. anno 1837 iisdem privilegiis quibus olim fuerat instituta redintegrata est. Nuper vero controversiis exortis circa privilegia et honorificentias tum archipresbyteri, tum praepositi collegiatae ecclesiae, ejusdem canonici per supplicem libellum S. R. C. oblatum sequentia dubia declarari petierunt :

1. L'archiprêtre et le prévôt, aux messes solennelles, aux vêpres et autres fonctions purement paroissiales, peuvent-ils se servir du canon, du bougeoir, de l'anneau avec pierre et des coussins au siège comme ils ont toujours fait ?

2. Peuvent-ils, aux messes basses, se servir du canon et du bougeoir, faire porter le calice à l'autel, se faire assister d'un ministre, qui mette le vin dans le calice, le couvre et le découvre, tourne les pages, etc., ou bien doivent-ils se conformer aux décrets d'Alexandre VII ?

3. Quand ils assistent aux fonctions dans le presbytère, peuvent-ils s'asseoir sur des sièges distincts, avec agenouilloir et coussins de drap violet, ou bien doivent-ils s'asseoir à la première place sur le banc commun des autres chanoines ?

4. Ont-ils droit à trois coups d'encensoir, ou seulement à deux ?

5. A la messe doivent-ils recevoir séparément la paix du sous-diacre, qui la porte d'abord à l'archiprêtre, puis au prévôt, ou bien l'archiprêtre doit-il la donner au prévôt ?

6. Peuvent-ils porter une soutane à queue, une ceinture à *fiocchi*, des *fiocchi* au chapeau et un anneau à pierre ?

7. Jouissent-ils du titre de *Monseigneur* ou seulement d'*Illustrissime et Révérendissime*, ou encore de *Très illustre et très révérend* ?

8. Quand ils assistent au sermon avec les chanoines, doivent-ils s'asseoir sur le même banc qu'eux au premier rang, ou bien avoir un fauteuil, un marchepied et un agenouilloir recouverts de soie violette ?

9. Est-ce à eux ou à l'hebdomadier qu'il appartient de commencer matines et les heures, et de donner la bénédiction aux nocturnes ?

10. Le prévôt a-t-il, comme l'archiprêtre, le droit de faire les fonctions à son gré ?

11. L'archiprêtre, qui a l'usage des pontificaux, peut-il continuer à consacrer les calices et patènes et bénir les cloches, même pour d'autres paroisses ?

12. Quand le chapitre se rend processionnellement à quelque église, l'archiprêtre et le prévôt doivent-ils être aspergés comme les autres ou prendre l'aspersoir et se signer eux-mêmes ?

13. Peuvent-ils mettre sur leurs armes le chapeau prélatice et de quelle couleur ?

14. Le prévôt étant obligé au chœur les jours de fête, cela s'entend-il des fêtes d'obligation, même supprimées, où le curé applique la messe *pro populo ?*

15. Le prévôt n'étant obligé au chœur que les jours de fêtes et pendant l'Avent et le Carême, étant dispensé pour tout le reste de l'année, peut-il prendre des vacances de trois mois, comme les autres chanoines ?

Et S. eadem R. C. respondendum censuit : In omnibus juxta votum magistri caeremoniarum, scilicet :

Ad 1. Quoad canonem et palmatoriam, negative in omnibus ; quoad pulvinaria, servari posse inductam consuetudinem ; quoad annulum vero, prout infra ad dubium 6.

Ad 2. Negative in omnibus, idest decreta S. R. C. anno 1659 ab Alexandro VII confirmata adamussim servanda.

Ad 3. Indulgeri posse ne archipresbyter exturbetur a sede paulo eminentiori scamno canonicorum, qua semper usus est in presbyterio : dummodo ipsa sedes aliquantulum amplietur, ut capax sit praeposito post archipresbyterum insimul recipiendo, eademque nullo prorsus interposito intervallo uniatur cum communi canonicorum scamno. Indulgeri item posse ut retineantur ab utraque dignitate pulvinaria in sede et super scamno genuflexorio, non tamen sub genibus seu ad pedes.

Ad 4. Vi privilegii a Benedicto XIV indulti, thurificandas esse triplici ductu.

Ad 5. Negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

Ad 6. Affirmative ad primam partem, excepto annulo, quo unus archipresbyter uti potest tantum quum in pontificalibus celebrat ; negative ad secundam.

Ad 7. Attendi posse loci consuetudinem.

Ad 8. Affirmative ad primam partem, indulto tantum pulvinari corio vel laneo in sede ; negative ad secundam.

Ad 9. Ad primam dignitatem praesentem in choro spectare dare si-

gnum incipiendi et inchoandi divinum officium; reliqua vero omnia spectare ad hebdomadarium, qui incipit vel celebrat officium.

Ad 10. Ad episcopum Faventinum, qui salvis archipresbyteri et canonicorum juribus, dies definiat quibus praepositus vel possit vel debeat solemniter celebrare.

Ad 11. Facultatem consecrandi calices et patenas, item benedicendi nolas expresse indultam archipresbytero fuisse in ipsa bulla institutionis, eademque propterea archipresbyterum uti posse juxta formam a Pontificali romano praescriptam, etiam extra dies celebrationi missae pontificalis adsignatos, non tamen ultra limites hodiernos parochialis ecclesiae sancti Michaëlis et sancti Petri in sylvis.

Ad 12. Affirmative ad primam, negative ad secundam.

Ad 13. Nigri coloris pileum cum lemniscis, stemmatibus imponi posse.

Ad 14 et 15. Non spectare. Die 21 Junii 1855.

STRIGONIEN. — An prima saltem dignitas in capitulo, dum absente episcopo in pontificalibus sacra facit, possit baculum pastoralem gestare? An id, praesente etiam episcopo, liceat, posito utique illo casu, dum prima dignitas ordine episcopali destituitur?

An dignitariis capituli usum pontificalium habentibus competat jus baculum pastoralem gestandi, et populo, petita prius a praesente episcopo facultate, solemniter benedicendi?

Quum autem S. R. C. rescripserit *Ad mentem*, noverit Eminentia Vestra juxta mentem S. C., *standum strictim privilegio, si adest, et litteris apostolicis sa. me. Pii papae VII Decet romanos pontifices*, die 4 Julii 1823. Die 9 Maii 1857.

SYRACUSANA. — Metropolitanae Ecclesiae Syracusanae dignitatum et canonicorum votis benignissime annuens, Sanctissimus Dominus Noster Pius papa IX per apostolicas litteras *Quum sanctitudinem*, datas die 11 Martii 1850 iisdem non modo concessiones jam factas a sa. me. praedecessore suo Pio papa VII per apostolicas item litteras *Ecclesiarum nitorem*, sub die 6 Maii 1816 confirmavit (salvo tamen earumdem litterarum tenore et ad tramites constitutionis *Decet romanos pontifices*, 4 nonas Julias 1823), verum etiam nova antiquis addens privilegia, permisit eis usum pontificalium insignium ad instar abbatis Montis Cassini, faldistorii nimirum cum subpedaneo, absente vel praesente archiepiscopo et sede archiepiscopali vacante, baculi pastoralis cum velo.

Nonnulla autem super hujusmodi privilegiis, sive antiquis sive recentioribus, excitata sunt dubia. Et primo quoad usum pontificalium

insignium, quae nuper concessa sunt, Rev. archiepiscopus iisdem dignitatibus et canonicis non aliter procedendum esse significavit, quam juxta regulas generales a laudata constitutione Pii VII *Decet romanos pontifices* traditas, a quibus in eo privilegiorum usu inter alia *episcopi assensus et capituli interventus* omnino requiritur. Negant dignitates et canonici restrictive hac conditione se teneri, quam sublatam contendunt per apostolici indulti verba, quae concessorum insignium usum quoties ipsis libuerit indefinite permittunt. Hinc pro parte earumdem dignitatum et canonicorum, ut certo et immutabili oraculo definiatur, utra ex duabus opinionibus magis veritati sit consentanea, ex aula capitulari die 16 Martii 1859 Syracusis prodiit supplex libellus cum duobus, quae sequuntur, dubiis sub num. 1 et 2, et cum nonnullis *observationibus*, queis resolutionem votis consentaneam suis studiose provocare nituntur. Deinde vero quoad antiquas Pii VII concessiones potissima quaestio versatur circa latitudinem genericae cujusdam formulae, qua Syracusano capitulo, praeter alia, indulgetur uti posse et gaudere *ceteris aliis honoribus, praeeminentiis et decoramentis, quibus cathedralium Ecclesiarum Cataniensis, Messanensis et Panormitanae capitula tunc gaudebant*; ex quo nonnulla sibi licere arbitrantur, quae apud praedicta capitula jam tum in usu fuisse asserunt, quin tamen constet ea, quoniam cum regulis generalibus et cum decretis S. R. C. minime concilia. tur, ad eamdem S. C. deducta nunquam fuisse, neque favorabilem ab ea, ut par erat, obtinuisse sententiam. Super iis Rev. archiepiscopus dedit ad eumdem Sanctissimum D. N. litteras die 14 Decembris 1859 quas dignitates et canonici appellant *Consulta*, cui quidem ipsi ex aula capitulari die 30 ejusdem mensis et anni nonnullas observationes addiderunt. Et quoniam tum in litteris quam in observationibus praedictis non modo veterum privilegiorum eorumdemque liberi usus confirmatio, verum etiam ampliatio effusis precibus expostulatur : hinc alia effluxerunt dubia quae sub num. 3 et 4 heic proposita leguntur. Omnibus itaque praecidendis quaestionibus sive quoad veteres sive quoad novas concessiones obortis, insequentia quatuor dubia S. R. C. exposita sunt :

Dubium 1. Utrum ex praefato brevi apostolico (diei 2 Martii 1850) standum ad constitutionem *Decet romanos pontifices*, quae limitat tempora quibus dignitas et canonicus in propria ecclesia pontificaliter celebrare possit, in reliquis vero civitatis cum permissu episcopi ac praesente capitulo, vel illud *quoties ipsis libuerit in praefata metropolitana aliisque etiam ecclesiis infra tamen Syracusanam civitatem* interpretari possit arbitrio canonicorum, idest pontificalia ab iisdem exerceri nullis statutis temporibus, sine consensu episcopi et absque interventu capituli ?

Dubium 2. An denique sola insignia dicantur concessa, non vero ritus ad instar abbatis Montis Cassini, ut supra ?

Dubium 3. An et quomodo in praesenti specie dignitatibus et canonicis metropolitanae Ecclesiae Syracusanae annuendum sit ut pergant adhibere *l'uso dei coturni e dei calzari di seta esteso anche ai diaconi nelle messe solenni, del fondo rosso sotto le guarnigioni trasparenti dei camici e dei rocchetti, e della trina benedizione col Sanctissimo Sagramento, e nella messa solenne*, ex eo quod hujusmodi usus sibi provenire existimant ex generica, qua gaudent, concessione honorum, praeeminentiarum ac decoramentorum ad instar capitulorum Catanien., Messanen. et Panormitan. ?

Dubium 4. An et quomodo in casu usus crucis pectoralis, qui concessus est una tantum cum pontificalibus insignibus, permitti quoque possit non quidem singulis, sed capitulariter intervenientibus, in divina psalmodia, iis diebus quibus episcopus pallio uti potest, in duabus processionibus quae fiunt mense Decembri, recurrendo festo patronae, in processionibus Sanctissimi Corporis Christi a festo ejusdem die ad totam octavam inclusive, in processione sancti Sebastiani mense Januario et in processionibus Rogationum ?

S. porro R. C. respondendum censuit : Juxta votum magistri caeremoniarum, nimirum :

Ad 1. Quoad primam partem, affirmative juxta modum, scilicet dignitates et canonicos concessis pontificalibus insignibus uti posse quoties ipsis libuerit, tam in metropolitana quam in aliis Syracusanae civitatis ecclesiis, semper tamen assentiente archiepiscopo et assistente capitulo : quoad secundam partem, provisum in prima.

Ad 2. Sola insignia juxta litteras concessionis.

Ad 3. Servetur constitutio *Decet romanos pontifices*, et interim ab hoc usu desistant donec de asserta privilegiorum existentia, de quibus in dubio S. C. documenta exhibeantur ab eaque favorabilis sententia obtenta fuerit.

Ad 4. Non expedire. Die 24 Martii 1860.

MELITEN. — Rev. D. Cajetanus Pace Forno, archiepiscopus episcopus Meliten., exposuit huic Sanctae Sedi capitulum cathedralis suae jamdiu obtinuisse usum mitrae simplicis in celebratione nonnullarum sacrarum functionum, anno vero 1850 die 6 Decembris per apostolicas litteras in forma brevis impetravisse, tum ut canonicus celebrans in aliqua ecclesia dioecesis de expressa venia Rev. episcopi in scriptis data, absente licet capitulo, mitram simplicem adhiberet, tum etiam ut canonicus celebrans diebus solemnibus praesente capitulo assumeret praeter mitram simplicem etiam dalmaticam et tunicellam, chy-

rothecas, sandalia, ac uteretur palmatoria, canone et faldistorio. Quum autem in brevi concessionis nil prorsus enuncietur, utrum canonicus celebrans, assistente episcopo Ordinario, insignibus concessis anno 1850 uti valeat; hinc orator a S. R. C. sequens dubium declarari humillime petiit : An dignitas vel canonicus Ecclesiae cathedralis Meliten., in diebus solemnibus celebrans, interveniente et assistente episcopo, uti valeat insignibus concessis anno 1850 vel potius coram episcopo uti tantum debeat mitra simplici primitus concessa ?

S. porro R. C. proposito dubio respondendum censuit : Juxta litteras concessionis assistentiam episcopi in casu minime obstare quominus dignitas vel canonicus pontificalibus insignibus utatur, servato ejusdem concessionis tenore. Die 24 Martii 1860.

La collégiale de Sainte-Marie *della scala*, à Milan, fut fondée en 1383 et supprimée en 1805. Clément VII, par la bulle *In supremae*, accorda au prévôt les pontificaux : « Perpetuo statuimus et ordinamus quod modernus et pro tempore existens praepositus dictae ecclesiae pallium album seu rochetum ad instar episcoporum deferre nec non in ipsa ecclesia et extra eam in processionibus et aliis actibus publicis, mitra et annulo, pastorali baculo, chirothecis, dalmatica et omnibus aliis pontificalibus insigniis uti. » Mais le prélat étant devenu simple curé, a dès lors perdu tous ses privilèges :

MEDIOLANEN. — An parocho praeposito S. Mariae Scalensis in S. Fideli Mediolanensis civitatis jus pontificalium competat in casu ? S. C. Concilii respondit : Negative. 2 April. 1895.

Sixte IV, en 1472, établit à Mantoue la collégiale de Saint-André, accordant au primicier les pontificaux. Le chapitre ayant été supprimé par la Révolution, le primicier est devenu curé. Il garde, malgré cela, ses privilèges honorifiques, mais à condition qu'il n'officiera pas à la même heure que l'évêque.

MANTUANA. — An parocho S. Andreae jura primiceralia honoris competant in casu ? S. C. C. resp. : Attentis loci ac temporum circumstantiis nihil esse innovandum, dummodo tamen primicerius S. Andreae pontificalia non peragat eadem hora qua episcopus. 16 Jun. 1888.

Or, d'après l'évêque, tels étaient ces privilèges : « Usus mitrae pretiosae, baculi pastoralis etiam sine velo appenso, crucis pectoralis, annuli, sandaliorum et chirothecarum in missis ac respective

in vesperis solemnibus in dicta ecclesia diebus sibi benevisis (non tamen eodem tempore, sed eodem die quo ab episcopo in cathedrali peraguntur pontificalia) celebrandis, necnon usus luminis seu candelabri vulgo bugia, tam in dictis missis et vesperis solemnioribus quam in missis privatis, cum facultate dandi trinam benedictionem more episcopali, necnon privatim quoque benedicendi populo intra dictam ecclesiam tantum. »

CHAPITRE XXXI

SINGERIES ÉPISCOPALES

1. Définition. — 2. Trône. — 3. Procession. — 4. Groupes costumés. — 5. Saint-Office.

1. Le *Dictionnaire de l'Académie* définit la *singerie* : « Grimaces, gestes, tours de malice. Une imitation gauche et ridicule. » C'est le dernier sens qui est ici le vrai : la singerie épiscopale est ridicule, parce qu'elle offense à la fois la religion et le goût. Ce n'est même pas une simple imitation, mais une contrefaçon impudente, contre laquelle il est de notre devoir de protester hautement. Les faits de cette nature se passent fréquemment en France, où ils sont mentionnés par les journaux, souvent avec éloges, jamais avec réprobation, tellement le sens moral est abaissé chez nous. Et le pis, c'est qu'on agit de bonne foi et pour satisfaire la dévotion publique, qui se prête volontiers à ce jeu, car, en réalité, il s'agit plutôt d'amuser que d'édifier.

2. Voici le premier fait, qui m'a été affirmé par des témoins sérieux, comme existant dans deux diocèses, assez éloignés l'un de l'autre, pour croire qu'ils ont agi d'une façon indépendante.

Pour plus de solennité, aux fêtes principales, qu'on nommait *annuelles*, dans une église de campagne, le curé y installait un trône, où il faisait asseoir un enfant, vêtu pontificalement, sans oublier la crosse de bois et la mitre de papier doré. N'est-ce pas tout au moins grotesque ?

3. Le second fait, raconté par le *Rosier de Marie*, se réfère à

une procession, car on s'est toujours permis nombreuses licences dans ces cérémonies où tout le monde est dehors, comme à un spectacle. Or, dans le cortège figurait un saint Nicolas, petit enfant, costumé en évêque, à la grande joie de tous.

4. Je lis dans la *Revue bénédictine*, 1897, p. 479, qu'aux fêtes religieuses d'Aldeneyck, où furent portées les reliques des saintes Relinde et Harlinde, en présence de l'évêque, à la procession par les rues de la ville, « les élèves de l'externat des Croisiers représentaient saint Boniface, saint Laurent, saint Willibrord, etc., etc. : ces groupes étaient vraiment merveilleux. »

Au risque de passer pour puritain, j'avouerai franchement que c'était plutôt singulièrement anormal et audacieusement étrange. Aussi, non seulement l'autorité ecclésiastique ne le défend pas, mais elle laisse le clergé agir avec la plus grande latitude en matière si répréhensible.

5. Les scènes de ce genre relèvent directement du Saint-Office. En 1626, celui ci se montra clément envers les coupables, parce qu'il n'y avait pas eu mauvaise intention, mais simplement un jeu, et il ne les condamna en conséquence qu'à l'exposition aux portes de l'église.

N. N. qui, joci causa, in quadam ecclesia rusticum quemdam habitu clericali induerunt cum mitra in capite, damnantur ad manendum prae foribus ecclesiae, quatenus malam intentionem non habuerint. Die 19 Maii 1626.

Or, l'exposition se faisait avec une mitre de carton blanc et sans fanons, excepté pour les femmes, ainsi que l'a déclaré le Saint-Office, en 1647 (1).

(1) « Mulieres, quae ob maleficia fustibus caeduntur, non solent Romae mitram vel aliud infame signum deferre, ne a populo et plebe irruente offendantur. Inquisitori Papien., 9 Febr. 1647. »

FIN

TABLE DES MATIÈRES

LIVRE QUATRIÈME

Les ornements.

CHAPITRE V

LE RITE

CHAPITRE VI

L'USAGE DES ORNEMENTS

CHAPITRE VII

LA BÉNÉDICTION

CHAPITRE VIII

LA CHASUBLE

CHAPITRE IX

L'ÉTOLE

CHAPITRE X

LE MANIPULE

CHAPITRE XI

LE VOILE DU CALICE

CHAPITRE XII

LA BOURSE

CHAPITRES XIII, XIV

LA DALMATIQUE ET LA TUNIQUE

CHAPITRE XV

L'ÉCHARPE

CHAPITRE XVI

LE STOLON

CHAPITRE XVII

LE PLUVIAL

CHAPITRE XVIII

LE LINGE

CHAPITRE XIX

LE SURPLIS ET LE ROCHET

CHAPITRE XX

L'AMICT

CHAPITRE XXI

L'AUBE

CHAPITRE XXII

LA DENTELLE

CHAPITRE XXIII

LE CORDON

CHAPITRE XXIV

LE DRAP MORTUAIRE

CHAPITRE XXV

LA SACRISTIE

LIVRE CINQUIÈME

Les Pontificaux.

CHAPITRE PREMIER

LES PONTIFICAUX

CHAPITRE II

LES ORNEMENTS

CHAPITRE III

LES BAS

CHAPITRE IV

LES SANDALES

CHAPITRE V

LES GANTS

CHAPITRE VI

LES TUNICELLES

CHAPITRE VII

L'ANNEAU

CHAPITRE VIII

LA CROIX PECTORALE

CHAPITRE IX

LA MITRE

CHAPITRE X

LA CROSSE

CHAPITRE XI

LE TRONE

CHAPITRE XII

LE DAIS

CHAPITRE XIII

LE FALDISTOIRE

CHAPITRE XIV

LE GRÉMIAL

CHAPITRE XV

LE PECTORAL

CHAPITRE XVI

LES LIVRES LITURGIQUES

CHAPITRE XVII

LE CHAPEAU PONTIFICAL

CHAPITRE XVIII

LA CRÉDENCE

CHAPITRE XIX

LE LUMINAIRE

CHAPITRE XX

LA CHAPELLE

CHAPITRE XXI

LES FONCTIONS PONTIFICALES

CHAPITRE XXII

L'EXERCICE DES PONTIFICAUX

CHAPITRE XXIII

LE PONTIFICAL AU FAUTEUIL

CHAPITRE XXIV

L'ASSISTANCE AU TRÔNE

CHAPITRE XXV

L'ASSISTANCE SIMPLE

CHAPITRE XXVI

LA CÉLÉBRATION DE LA MESSE BASSE

CHAPITRE XXVII

L'ÉVÊQUE HORS DE SON DIOCÈSE

CHAPITRE XXVIII

LE SPOLIUM

CHAPITRE XXIX

LES PONTIFICAUX DES PRÉLATS INFÉRIEURS

CHAPITRE XXX

LES PONTIFICAUX DES CHANOINES

CHAPITRE XXXI

SINGERIES ÉPISCOPALES

VIGNETTES

Saint-Amand (Cher). — Imprimerie BUSSIÈRE